This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

768zs
K78
UC-NRLF
$B 254 401

SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
LVX
FIAT
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS

768 zs
K 78


OTTO HARRASSOWITZ

Kart

QUAESTIONES METRICAE ET PROSODIACAE AD VALERIUM FLACCUM PERTINENTES.

COMMENTATIO PHILOLOGICA

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES CAPESSENDOS

SCRIPSIT

HENRICUS KOESTERS
RHENANUS.

II 399

MONASTERII MDCCCXCIII.
EX TYPOGRAPHIA THEISSINGIANA.

UNIV. OF
CALIFORNIA

II, 399

PARENTIBUS SACRUM.

518834

UNIV. OF
CALIFORNIA

Cum in C. Valeri Flacci Argonauticorum carmine recensendo et explicando praecipua a viris doctis collocata esset opera, ut in poematis formam accuratius inquireretur iam dudum desiderabatur. Quam rem ut aggrederer, praeterito anno amplissimi philosophorum in academia alma Monasteriensi ordinis impulsu adductus sum, eaque, quae investigavi, cum praemio proposito haud indigna viderentur esse, ut in medium proferrem benigne permissum mihi est. — Disputaturus igitur de carminis Valeriani rationibus metricis et prosodiacis quaestionem ita instituam, ut primo inquiratur

in res metricas,

tum in res prosodiacas.

In illa rursus distinguam quattuor partes, quarum agitur:

I. de caesuris,

II. de elisionibus,

III. de clausulis hexametrorum,

IV. de usu ac ratione vocabulorum atonon;

in altera tres, quarum agitur:

I. de quantitate vocalium, quae sunt in mediis vocibus,

II. de quantitate vocalium finalium,

III. de positione.

In uniuscuiusque partis fine leges Valerianas priore loco inventas cum iis comparare mihi proposui, quibus ceteros epicos se adstrinxisse exploratum est, scilicet ut tali ratione simul appareat, quae potissimum exempla in his rebus Valerius secutus sit.

UNIV. OF CALIFORNIA

PARS PRIOR.

De rebus metricis.

Caput I.

De caesuris.

Nulli versui magis opus esse incisiones quam hexametro dactylico inter omnes viros doctos constat; nam propter longitudinem recte pulchreque recitari non potest, nisi uno saltem loco fit intercapedo legendi. Sed ubi haec interspiratio statuenda sit, magna est dissensio, scilicet utrum versus incidendus sit, ubi sententia divellitur, — quam incisionem fortasse licet logicam nominare — an ubi metrum dirimitur, quae caesura, ut God. Hermanni[1]) verbis ab omnibus fere probatis utar, „censetur finiendo vocabulo in ipso fine ordinis metrici“. L. Muelleri[2]), quam equidem probo, sententia poetae Latini, etiamsi praecipue argenteo quod dicitur aevo diligentes versificatores ut incisiones metricas et logicas quantum

1) cf. *Elementa doctrinae metricae.* p. 32.

2) cf. *De re metrica.* Lipsiae 1861. p. 186. eqs.

fieri poterat congruentes facerent[1]) studebant, tamen harum nullam habebant rationem, si iis caesurae metro propriae subdurabantur aut perturbabantur. Quam ob rem illis hoc loco plane omissis iam paucis exponamus, quot et quales sint in Valeri Flacci versibus caesurae metri, qua ex re apparebit, quibus legibus poeta in statuendis caesuris metricis se adstrinxerit.

Constat omnium caesurarum elegantissimam et apud omnes poetas Latinos usitatissimam esse penthemimerim, cuius exemplum[2]) praebet versus hic:

quod sibi iam clusos || *invenit in ignibus Argos* **A**

Cui quod attinet ad elegantiam non multo postponenda est hephthemimeris. Sed cum versus ea in duas partes nimis inaequales dividatur, legibus elegantiae expetitur, ut simul adsit trithemimeris una cum penthemimeri aut cum fine verbi post tertium trochaeum. L. Muellerus enim in versibus, qui praebent hanc formam:

tum laeti | *statuunt* | *aras.* || *tibi rector aquarum* **B**

ut simul penthemimeri atque hephthemimeri dividantur, si in sede hephthemimeris simul est finis sententiae, hanc caesuram principalem illam auxiliarem esse putat idque suo iure; nam vel optime hoc quadrat ad ea, quae supra diximus, poetas operam dedisse, ut incisiones metricas et logicas congruentes redderent. Sed eo vir ille doctissimus errasse videtur, quod dicit, salva elegantia in talibus ver-

---

1) Hanc rem exposuit Trampius: *De arte metrica Lucani.* Diss. Berol. 1884. p. 56.

2) Singulis formis brevitatis atque perspicuitatis causa litterarum sigla adiunxi.

sibus trithemimerim neglegi, ut praebeant hanc formam:

praecipuosque legam | fontes. || qua fronte negaret **B I**

Sententia illa reiecta est a Klappio [1]), atque cum causae, quas attulit, satis probabiles esse videantur, huius rei rationem habendam esse putavi; quam ob rem versus alterius formae seorsum enotavi.

Exemplum hephthemimeris cum trithemimeri et fine verbi post tertium trochaeum praebet hic versus:

Luna polo || dirimique | procul || non aequore visa **C**

Iam veniamus ad eas, quas L. Muellerus [2]) non legitimas esse dicit, formas. Ac primum quidem hoc loco afferenda est hephthemimeris cum sola trithemimeri coniuncta, ut desit tertia trochaica. Forma est haec:

Phoebe mone, | si Cymaeae || mihi conscia vatis **D**

deinde hephthemimeris finito verbo post tertium trochaeum, ut desit trithemimeris:

litora depellitque | notos; || quos caerulus horror **E**

Maxime autem offendendum est in iis versibus, qui aut solam praebent hephthemimerim ut hic:

accipit augurium Aesonides || laetusque superbi **F**

aut incisionem post tertium trochaeum deficiente trithemimeri ut hic:

frater Hagen | Thapsumque || securigerumque Nealcon **G**

Sed haec hactenus. Ut igitur quam dilucidissime perspiciatur, qua lege usus sit Valerius in versibus in-

---

1) Klappius: *Bemerkungen über die Hephthemimeres des latein. Hexameters.* Gymnasial-Programm, Posen 1868.

2) cf. l. l. pag. 198.

Tabula I.

Libri:	A	B	B I	C	D	E	F	G
I	1,6 (610)	85 (10)	106 (8)	4,5 (190)	29 (29)	851 (1)	283 (3)	—
II	1,5 (452)	133 (5)	166 (4)	3,7 (181)	35 (19)	332 (2)	664 (1)	—
III	1,5 (489)	92 (8)	246 (3)	3,6 (206)	24 (31)	740 (1)	740 (1)	740 (1)
IV	1,3 (583)	95 (8)	95 (8)	5,5 (137)	34 (22)	254 (3)	762 (1)	—
V	1,3 (533)	139 (5)	231 (3)	5,4 (128)	28 (25)	695 (1)	—	—
VI	1,3 (587)	126 (6)	190 (4)	4,8 (156)	50 (15)	190 (4)	760 (1)	—
VII	1,3 (499)	93 (7)	217 (3)	5,3 (122)	31 (21)	653 (1)	—	—
VIII	1,4 (332)	46 (10)	233)2)	4,6 (100)	20 (23)	156 (3)	—	—
Summae:	1,4 (4085)	95 (59)	159 (35)	4,6 (1220)	30 (185)	350 (16)	799 (7)	5592 (1)

Tabula II.

In libro:	B I : B =	versus tripartiti sive (C + D)	(C + D) : A =	D : C =
I	8 : 10 = 1 : $1^1/_4$	3,9 (219)	219 : 610 = 1 : 2,8	29 : 190 = 1 : 6,5
II	4 : 5 = 1 : $1^1/_4$	3,3 (200)	200 : 452 = 1 : 2,2	19 : 181 = 1 : 9,5
III	3 : 8 = 1 : $2^2/_3$	3,1 (237)	237 : 489 = 1 : 2	31 : 206 = 1 : 6,6
IV	8 : 8 = 1 : 1	4,8 (159)	159 : 583 = 1 : 3,6	22 : 137 = 1 : 6,3
V	3 : 5 = 1 : $1^2/_3$	4,5 (153)	153 : 533 = 1 : 3,4	25 : 128 = 1 : 5,1
VI	4 : 6 = 1 : $1^1/_2$	4,4 (171)	171 : 587 = 1 : 3,4	15 : 156 = 1 : 10
VII	3 : 7 = 1 : $2^1/_3$	4,5 (143)	143 : 499 = 1 : 3,5	21 : 122 = 1 : 5,5
VIII	2 : 10 = 1 : 5	3,8 (123)	123 : 332 = 1 : 2,7	23 : 100 = 1 : 4,3
In universum:	35 : 59 = 1 : $1^7/_{10}$	3,9 (1405)	1405 : 4085 = 1 : 2,9	185 : 1220 = 1 : 6,6

cidendis, optimum mihi visum est, tabulam[1]), componere, qua omnes uniuscuiusque generis caesurae continentur (vide pag. 10.). Nihilominus facere non possum, quin de nonnullis rebus accuratius disputem.

Ac primum quidem mihi dicendum erit de versibus formae **B** et **B I** propter discrimen illud sententiarum, quod est inter L. Muellerum et Klappium, ut appareat, quomodo res se habeat apud Valerium.

Formam **B** assignatam inveni his locis[2]): I. 16. 29. 51. 188. 336. 471. 492. 637. 765. 849. II. 96. 216. 251. 408. 653. III. 70. 81. 116. 223. 272. 300. 304. 496. IV. 202. 246. 283. 436. 498. 541. 566. 683. V. 10. 51. 78. 217. 247. VI. 2. 275. 284. 311. 335. 515. VII. 40. 92. 108. 168. 189. 478. 529. VIII. 48. 99. 244. 312. 320. 332. 370. 389. 390. 415. Tum vero forma **B I** exstat his locis: I. 58. 121. 335. 660. 744. 791. 810. 833. II. 103. 415. 471. 585. III. 41. 357. 690. IV. 305. 309. 364. 567. 570. 657. 693. 761. V. 42. 285. 578. VI. 258. 292. 469. 594. VII. 522. 551. 595. VIII. 72. 113.

Ex tabulae II parte altera (vide pag. 11) apparet, formam **B I** non multo rarius inveniri forma **B** assignata. Quamquam igitur in universum ii versus, qui illam prae-

---

1) In tabula I numeri uncis inclusi frequentiam singularum caesurarum significant, ceteris, qui dicuntur, mediis numeris indicatur, inter quotenos versus singulae formae semel inveniantur.

2) Cum ordo versuum saepissime mutatus sit ab editoribus, hoc loco afferendum esse puto, me in significandis numeris secutum esse editionem Schenklianam. Berolini 1871.

beant speciem penthemimeri dispertiendi sunt, tamen, qui accuratius legerit Argonauticorum libros, certe sibi persuadebit Valerium quidem nonnullos eiusmodi versus hephthemimeri dividi voluisse, cum interdum cum arte quadam trithemimerim neglexerit. Quod paucis exemplis demonstrare fortasse non supervacaneum erit. Conferas enim libri I. vv. inde a 39. usque ad 55. Hoc loco Pelias gravissimis et excitatissimis verbis adhortatur Jasonem, ut vellere Phrixi recuperato maximisque periculis superatis summam sibi pararet gloriam. Concluduntur „haec ponderosa“ dicta versu hoc:

talibus hortatur iuvenem, propiorque iubenti eqs.

Porro conferantur eiusdem libri vv. inde a 320 usque ad 334, ubi Alcimede summo timore acerbissimoque dolore perturbata coram matronis de periculoso itinere, quod filius suscepturus est, vehementissime lamentatur. Rursus oratio illa concluditur eiusmodi versu:

talibus Alcimede maeret; eqs.

Agenunc ipse iudica! — Nonne orationes illae, quibus aliquid turbulenti et procellosi inesse sentimus, aptissime elegantissimeque talibus versibus concluduntur, ut summam vim vehementissimumque stridorem tempestatis subito placidissima malacia subsequi videatur?

Similia praebent versus:

III 490 *talibus Oenides urguet: eqs.*

VI 292 *haec ait auditusque Erebo. eqs.*

nec minus respondet illa forma legibus elegantiae his locis:

I 744 *heu quibus ingreditur fatis!*

810 . . . . . *date fallaci pudibunda senectae*
exitia indecoresque obitus. eqs.

III 41 . . . . *cadit inscia clavo*
dextera demittitque oculos; eqs.
II 471 *illa tremens tristique oculos deiecta pudore*
non ego digna malis inquit. eqs.

Ex his igitur, quae attuli, exemplis apparet Valerium, si in versu post quintum semipedem verbum finitur, sed post septimum cum verbo sensus, interdum summa cum elegantia ad tranquillitatem quandam sive gravitatem pingendam trithemimerim omisisse. In omnibus autem versibus, quos a Valerio consulto ita formatos esse cognoscimus, verbi finis est post primum pedem, aut si mavis, in omnibus versibus, qui praebent finem verbi post primum pedem, poeta quadam cum arte neglexit trithemimerim. Ceteri versus formae **B I** ad unum omnes habent caesuram post secundum trochaeum, quam apud Valerium quidem hephthemimeri loco trithemimeris caesuram auxiliarem esse equidem puto, ut IV. 305:

haud revocare | gradum | patitur, || turbatque premitque.

Quo fiunt versus fluentes, quos valde in deliciis habere poetam infra exponemus.

Sed iam pergamus in enumerandis caesuris! Versus, qui formam **C** usitatissimam exhibent, ne longus fiam, accuratius afferre supersedeo. Schema **D** signatum exstat his locis: I.[1]) 5. 49. 65. 67. 76. 81. 89. 164. 180. 189. 214. 219. 224. 237. 297. 304. 320. 337. 355. 429. 538.

---

1) De coniectura Oudendorpiana ad v. I. 671 cf. quae dixi in quaest. meae pag. 43.

650. 684. 687. 715. 776. 789. 806. 809. II. 22. 86. 92. 134. 146. 223. 225. 231. 275. 391. 483. 504. 518. 553. 572. 594. 604. 610. 633. III. 26. 40. 46. 90. 103. 118. 121. 263. 293. 302. 365. 375. 420. 423. 449. 485. 499. 506. 515. 536. 550. 575. 609 620. 644. 645. 665. 674. 685. 691. 724. IV. 74. 92. 109. 151. 184. 189. 209. 237. 240. 247. 328. 397. 410. 452. 476. 483. 509. 593. 619. 623. 660. 739. V. 43. 64. 90. 92. 135. 222. 307. 327. 366. 367. 401. 458. 463. 482. 517. 554. 560. 568. 573. 595. 602. 606. 612. 617. 627. VI. 22. 176. 187. 204. 271. 330. 334. 417. 421. 544. 560. 599. 621. 632. 729. VII. 44. 51. 88. 146. 149. 154. 174. 176. 309. 315. 320. 404. 475. 492. 520. 530. 544. 545. 583. 631. 640. VIII. 3. 70. 78. 132. 139. 158. 193. 205. 206. 214. 223. 254. 295. 315. 342. 387. 406. 446. 449. 450. 451. 459. 460.

Hos ego inveni versus formam **D** praebentes. Quod mei et Birtii[1]) numeri, qui inquisivit in libros I. III. VIII., in hac re inter se discrepant, equidem cum non semel omnes libros Argonauticorum summa cum diligentia perlegerim, affirmare non dubito, illum, qui eandem in statuendis caesuris secutus sit viam ac rationem atque ego, errasse, quod propter nimiam materiam facile fieri potuit. Illa autem re ut supervacanea missa, tamen mea ipsius

---

1) cf. *Ad historiam hexametri Latini symbola.* Bonnae 1876 p. 63. Sed nequis meam et Birtii quaestiones comparaturus erret, formas, quas ille deinceps siglis

I II III assignavit, a me litteris

A C D significatae sunt.

Ceterum qui accurate perspexerit, ipsius Birtii numeros inter se discrepare videbit.

tabula cogor ut concedam, Valerium haud raro formam illam adhibuisse. Rursus autem ex tabula mea apparet, saepissime formam **C** signatam in versibus Valerianis exstare; quare fortasse quadam ex parte neglegentia eius excusanda est. Quam ob rem, si iustus esse velis, tabulam II meam inspicies, cuius parte extrema exposui, quot inter versus formae **C** semel exstet forma **D**. Eiusdem tabulae tertio loco numeros versuum et formae **C** et formae **D**, qui in universum tripartiti vocantur, attulimus. Iam porro tabulae parte paenultima indicatur, inter quotenos versus formae **A** semel inveniatur tripartitus.

Hephthemimerim cum fine verbi post tertium trochaeum deficiente trithemimeri, quam formam significavi littera **E**, deprehendi his locis:

I 652 *litora depellitque notos, quos caerulus horror*
II 27 *abstulit implicuitque vadis totiensque cruenta*
569 *immolet ereptaque luat responsa pharetra*
III 732 *flamina conticuere, tacet cum flatibus aequor.*
IV 245 *protulit horrendosque toris informibus artus*
351 *„exilia intentisque canit“ videre priores*
645 *diffugere adversosque vident discedere montes*
V 469 *agmina supressumque videt iam murmur Jason,*
VI 179 *Gaudia Tisiphoneque caput per nubila tollens.*
269 *„non“ ait „invitoque gener mutabere patri“*
363 *hi contra, alternaeque virum non cedere dextrae*
695 *semivir impubemque gerens stirilemque iuventam.*
VII 450 *gramina Perseasque sinu depromere vires*
VIII 142 *Colchides aequalesque tibi, Medea, puellae.*
358 *solvitur effunditque viros ipsumque minantem*
372 *quos videt agnoscitque fremens maria obvia contra.*

Omnes hi versus formae **E** finem verbi habent post pedem primum, neque ullus praebet incisionem post alterum trochaeum. Quid mirum igitur, quod eadem, quae supra diximus, de versibus formae **B I** ad omnes fere huius generis versus pertinent. Rem accuratius explicare longum est, sed ipse versus diiudices. Quae res cum ita se habeat valde miror, quod Christius [1]) in versu III. 372:

flamina conticuere, tacet cum flatibus aequor.

interpunctione commotus inusitatissimam caesuram post tertium trochaeum statuere vult, quo elegentia, quam poeta hephthemimeri effecit, plane deletur; nam vel optime forma **E** maris tranquillitas depingitur.

Solam hephthemimerim, quod schema **F** assignavi, praebent versus hi:

I 161 *accipit augurium Aesonides laetusque superbi*
488 *intulit ardenti Aesonides retinacula ferro*
III 600 *grata rudimenta; Herculeo sub nomine pendent*
VI 587 *tunc his germanam aggreditur ceu nescia dictis.*

Simul incisionem post secundum trochaeum exhibent hi:

I 388 *Nelideque Periclymenus, quem parva Methone*
II 374 *non tulit, ipse rati invigilans atque integer urbis*
IV 435 *vestigatque ratem atque oculos attolit inanes*

Cum illi versus plane sint vituperandi, hi aliqua ex parte excusationem habent et praecique [2]) quidem versus IV. 435, qui praeterea incisionem post tertium semipedem quamvis subduram habeat.

---

1) cf. *Metrik der Griechen und Römer.* Lipsiae 1874 p. 193.

2) Idem dici potest de vv. IV. 151. 209. 410. 593. V. 135. VI. 599, quos formae **D** signatae attribui.

Jam restat, ut unum illum versum afferam, qui praebet caesuram tertiam trochaicam, sed ita, ut adsit trithemimeris sc. III. 191:

frater Hagen Thapsumque securigerumque Nealcon.

Haec habui, quae dicerem de singulis caesurarum formis. Nullum autem versum, ut id quoque afferam, Valerius admisit caesura carentem; nullo loco habet incisionem post praepositionem verbi compositi, neque umquam denique caesuram ita usurpavit, ut ultima syllaba hauriatur elisione excepto solo vocabulo *que*, in quo mea sententia minime offendendum est. Sed cum fortasse alii aliter hac de re iudicent, versus, in quibus hoc sibi concessit Valerius, hoc loco afferam. Invenitur enim vocabulum *que* imminutum post trithemimerim: I. 672. II. 535. IV. 224. VI. 111. post penthemimerim: I. 3. 109. 310. 499. 611. 632. 761. 844. II. 169. 382. III. 41. 300 (*ne*) IV. 34. 125. 186. V. 10. VI. 123. 284. 292. 758. VII. 216. 247. 255. 297. VIII. 171. 244. 286. 362. 366, 389. 428. post hephthemimerim nusquam exstat. Sed magis offendendum est meo iudicio in vocabulo *atque* ita usurpato, cum plus minusve speciem praebeat unius vocis. In penthemimeri hoc vocabulum exstat, sed ita, ut adsit alia incisio[1]) sc. hephthemimeris una cum trithemimeri, his locis: IV. 151. 209. 410. 593. V. 135. VI. 599. tum vero sola hephthemimeris IV. 435. Denique septem locis vocabulum[2]) *atque* ita in penthemimeri posuit, ut non adsit alia caesura.

---

1) vide adnotationem 2. pag. 17.

2) cf. quae dixi de his versibus in h. part. cap. IV.

Jam videamus quomodo Valerius expoliverit singulos versuum pedes. Ac primum quidem, etiamsi pro magno non aestimandum est, tamen, quod uno completur vocabulo pes primus eorum versuum, qui formam **C**, et praecipue, qui formam **D** praebent, non plane offensione caret, cum eo trithemimeris numeris propriis turbatis dura fiat; unum autem vocabulum a poetis exceptum est *nescio*, si sequitur pronomen relativum vel interrogativum, cuius rei apud Valerium duo exempla exstant: *nescio quid* VII. 90. VIII. 441.

Ceterum vocabulo dactylico constat pes primus in his versibus 27 formae **C**: I. 302. *vocibus his* 528. *ad fremit his* II. 340. *mocnia tum* 404. *carius*, o 457. *acrius hoc* 559. *adpulit his* 567. *dixerat haec* III. 133. *tollitur hinc* 168. *occupat os* 325. *deseris heu* 336. *funere nec* 406. *ensifer hic* 483. *tardior hinc* IV. 544. *fidere mens* V. 1. *altera Lux* 212. *fluminis os* 315. *adsumus en* 397. *dixerat haec* 418. *Colchidos hic* 421. *Phasidos hos* VI. 289. *suggere nunc* 656. *spargitur hinc* 671. *deficit ac* 737. *dixerat haec* VII. 141. *dixerat haec* 177. *pectora me* 435. *omnia, sed.* atque in his duobus versibus formae **D** III. 620. *adforet hunc* VII. 88. *colligit et.* — Semel denique constat vocabulo spondiaco primus pes huius versus formam **C** praebentis V 494:

promisi et meliora tuae eqs.

qui propter elisionem satis habet excusationis.

Ex his igitur, si magnum numerum versuum tripartitorum contemplaris, apparet, Valerium quam diligentissime ab illo vitio cavisse; nam semel tantum inter quadragenos septenos versus tripartitos trithemimeris tali modo durior facta est.

Nec minore usus est diligentia Valerius in expoliendo altero versus pede. Quamquam enim, ut supra diximus, ita ponere licuit, tamen semel tantum invenitur *nescio quo* VII. 323. Ceterum legem[1]), *ne secundus pes contineatur vocabulo dactylico aut spondiaco aut hos in pedes exeunte,* nusquam migravit nisi ita, ut vocabulum synaloepha cum sequente arsi quasi in unum coniungeretur. Versibus I. 161. 488. III. 600. VI. 587, quos iam supra (pag. 17) attulimus, hoc loco omissis deprehendi hos:

II. 133 *haec tibi principia hinc*
573 *et genus Aeneadum et*
III. 205 *regis amicitiam et*
710 *fida ministeria et*
IV. 430 *talia prodigia et*
497 *tum sola prodigia adque*
V. 637 *in nemus auriferum et*
VI. 732 *scilicet auxilia et*

atque spondiacum vocabulum ita praebentem versum

IV. 253. *nescius extremum hoc. . . . .*

Quattuor denique locis, ubi versus penthemimeri dissecatur, priorem hexametri partem uno expleri vocabulo sibi permisit: I. 375. *Amphitryoniaden* 635. *Amphitryoniades* II. 474. *Laomedonteos* III. 733. *Amphitryoniades;* sed ad unum omnia excusanda sunt propter nomina propria durissima.

Sine dubio igitur constat, Valerium in observandis illis elegantiae legibus diligentissimum fuisse. Sed cum illas voces, quantum fieri potuit, vitaverit, mirum in mo-

1) Froehde: *De hexametro Lat.* Philologi XI. pag. 534.

dum in deliciis habuit vocabula in trochaeum exeuntia, quae omnibus versus locis inveniuntur. Quin etiam saepissime eiusmodi voces simul in compluribus pedibus exstant, quo, si id fit vel in primo simul et secundo vel in quarto simul et quinto pede, versus evadunt fluentes, liquidi, concitati. Illam speciem: — ∪ | ∪ — ∪ | ∪ — = quam praebet versus hic: *prona* | *parata* | *deo* ‖ . . . . inveni his locis, sc. in libro:

I sexies sive, ut numeros medios afferam, semel in versibus 142: 691. 725. 754. 800. 807. 845.

II quater sive semel in vv. 166: 57. 74. 281. 597.

III septies sive semel in vv. 106: 63. 78. 93. 229. 357. 469. 641.

IV septies sive semel in vv. 109: 48. 391. 417. 493. 499. 527. 557.

V sexies sive semel in vv. 116: 27. 73. 252. 426. 464. 583.

VI undecies sive semel in vv. 69: 49. 66. 80. 158. 278. 313. 361. 543. 553. 661. 645.

VII undecies sive semel in vv. 59: 112. 143. 192. 294. 331. 342. 359. 379. 462. 491. 605.

VIII quater decies sive semel in vv. 33: 29. 31. 35. 39. 43. 94. 152. 182. 273. 331. 334. 360. 416. 466.

Apparet igitur, artem Valerianam magis magisque mutatam esse; nam in libris posterioribus multo saepius forma illa invenitur quam in prioribus.

Paulo rarius deprehendi alteram formam quae praebet hanc speciem: ‖ $\overset{\cup\cup}{—}$ — ∪ | ∪ — ∪ | ∪ $\overline{\cup}$ ut exitus hu-

ius versus: *et iam Finis erat || Zephyrumque | ratemque morantis;* scilicet in libro:

I septies sive semel in vv. 121: 208. 254. 350. 442. 487. 555. 845.

II quater sive semel in vv. 165: 14. 33. 123. 492.

III decies sive semel in vv. 74: 19. 42. 273. 331. 339. 370. 402. 486. 524. 702.

IV ter sive semel in vv. 254: 52. 654. 655.

V sexies sive semel in vv. 116: 100. 128. 154. 420. 575. 650.

VI quinquies sive semel in vv. 132: 42. 108. 498. 506. 655.

VII quater sive semel in vv. 163: 23. 279. 395. 407.

VIII quater sive semel in vv. 116: 18. 46. 86. 374.

In universum, ut id quoque afferam, forma illa 66-ies sive semel in vv. 85, haec 43-ies sive semel in vv. 130 invenitur.

Saepissime cum alii tum Valerius eleganter illis formis utebantur ad animi perturbationem et trepidationem vel omnino ad motum quendam pingendum. Conferantur, ut nonnulla afferam exempla, versus priorem formam prebentes hi:

I. 725. . . . . *simul aedibus altis*
itque reditque fremens rerumque asperrima versat.

V. 252. . . . *praesentia luco*
arma tubaeque sonant, vox et tua noctibus exstet.

VII. 112. *qualis ubi extremas Jo vaga sentit harenas*
fertque refertque pedem, tumido quam cogit.

deinde alteram exhibentes formam: IV. 654. et 655.

. . . . . *haec ubi fatus*
corripit abiecti remumque locumque Phaleri
et trahit; insequitur flammata pudore iuventus.

atque denique singularis ille versus utramque habens formam:

I. 845. . . . . *ubi sol totumque per annum*
durat | aprica | dies || thiasique | chorique | virorum.

Sed haec hactenus. Valerius igitur, ut breviter colligamus, quae hoc capite exploravimus, rarissime adhibuit formam **B** et **BI**, cum valde in deliciis haberet formam **A** atque versus tripartitos et formae **C** et formae **D**. Porro apparet, satis saepe eum adhibuisse caesuram trochaicam in primo simul et secundo atque in quarto simul et quinto pede. Denique autem Valerium in libris VII et praecipue VIII in universum neglegentiorem fuisse quam in ceteris conscribendis ex tabulis meis perspicitur.

Jam transeamus ad alteram huius capitis partem, qua exponendum est, quem poetam Valerius in illis rebus maxime secutus sit.

Formae siglis **B** et **BI** signatae, quibus rarissime Valerium usum esse modo diximus, etiam ab Ovidio, quantum vidi, non tam saepe abhibentur; nam in libro I. metam. semel exstat forma **B** inter vv. 64 nec saepius invenitur forma **BI**. Contra in Vergili Aeneidos libro I. exstant formae illae 80-ies sive semel inter vv. $9^1/_2$.

Cum in hac igitur re satis consentiat Valerius cum Ovidio, tamen aliis rationibus ab eo permultum differt, idque vel maxime usu versuum tripartitorum[1]) **C** et **D** signatorum, quos Ovidius valde vitavit, Vergilius magis amavit, quamquam a Valerio frequentia multo superatur. Quod apparet ex his tabulis Birtianis.

Apud Vergilium metrum divellitur in tres partes:

in	Bucol.		semel	inter	vv.	$7^{11}/_{15}$
„	Georg.	I	„	„	„	$7^{10}/_{11}$
„	„	II	„	„	„	$8^{5}/_{11}$
„	„	III	„	„	„	$5^{2}/_{3}$
„	„	IV	„	„	„	$6^{1}/_{2}$
„	Aen.	III	„	„	„	$6^{1}/_{2}$
„	„	IV	„	„	„	$6^{2}/_{3}$
„	„	VI	„	„	„	$6^{1}/_{6}$
„	„	XI	„	„	„	$5^{5}/_{8}$

Apud Ovidium versus tripartitus exstat:

in Heroid. (1. 2. 4. 5. 6. 7. 10. 11.) semel in vv. $9^{4}/_{9}$

in	amor.	I	semel	inter	vv.	$12^{1}/_{2}$
„	„	II	„	„	„	14
„	„	III	„	„	„	$13^{5}/_{8}$
„	de medic.		„	„	„	10
„	art. amat.	I	„	„	„	$9^{7}/_{8}$
„	„ „	II	„	„	„	$7^{1}/_{4}$
„	„ „	III	„	„	„	$11^{7}/_{12}$
„	metam.	I	„	„	„	$9^{2}/_{7}$
„	„	II	„	„	„	$11^{7}/_{12}$

1) cf. tabulae II. pars II. pag. 11.

in	metam.	V	semel	inter	vv.	$9^{4}/_{5}$
»	»	VIII	»	»	»	9
»	»	XII	»	»	»	$11^{1}/_{5}$
»	»	XV	»	»	»	$7^{5}/_{8}$
»	trist.	II	»	»	»	$19^{1}/_{2}$
»	»	IV	»	»	»	$25^{2}/_{3}$
»	Fast.	IV	»	»	»	$12^{1}/_{5}$
»	»	V	»	»	»	$14^{1}/_{9}$
»	»	VI	»	»	»	$8^{1}/_{2}$
»	Ibide		»	»	»	$53^{1}/_{3}$
»	ex Ponto	II	»	»	»	$25^{2}/_{5}$
»	» »	III	»	»	»	$28^{1}/_{3}$

Ceteros poetas afferre supersedeo, cum omnes eosdem fere numeros praebeant atque Ovidius et Valerius. Poetarum argentei aevi maxime cum Valerio consentit Lucanus, qui praebet unum exemplum in libro I in vv. $6^{3}/_{14}$ V in vv. $4^{1}/_{6}$ X in vv. $4^{2}/_{3}$. Tantum igitur abest, ut Valerius ad alium poetam plane se applicaverit, ut ipse suam viam ingressus nonnullis[1]) saeculi posterioris poetis factus sit exemplum.

Valeri usus formae **D** signatae plane fere alienus est a ratione Ovidi, qui his tantum locis formam illam praebet: metam. V. 543. VIII. 509. XII. 167. 506. XV. 862; Apud Vergilium res ita se habet: Occurrit forma **D**

in	Bucol.		semel	inter	vv.	$62^{1}/_{2}$
»	Georg.	I	»	»	»	$30^{1}/_{4}$
»	»	II	»	»	»	26

1) cf. Birt. l. l. pag. 61.

in	Georg.	III	semel	inter	vv.	$13^1/_3$
„	„	IV	„	„	„	$14^1/_7$
„	Aen.	III	„	„	„	$17^1/_2$
„	„	IV	„	„	„	$16^3/_4$
„	„	VI	„	„	„	$19^3/_5$
„	„	XI	„	„	„	15

tum vero **D : C**

in	Bucol.	=	1 : 7
„	Georg. I	=	$1 : 2^{14}/_{17}$
„	„ II	=	$1 : 2^1/_7$
„	„ IV	=	$1 : 1^1/_6$
„	Aen. III	=	$1 : 1^2/_3$
„	„ IV	=	$1 : 1^1/_2$
„	„ VI	=	$1 : 2^1/_6$
„	„ XI	=	$1 : 1^2/_3$

Ex tabula apparet, Valerium in hac re Vergilio elegantia multo praestare, praesertim si cogitas, illum multo saepius versus in tres partes diremisse. Inter poetas aetatis posterioris Valerius Germanicum, Silium, Columellam, Petronium, Homerum Latinum elegantia superat. Contra Aetnae carmen praebet rationem: $1 : 10^1/_2$, carmen Lucani: 1 : 57. Plane abstinuerunt a forma **D** scriptores fet Aegyptiaci belli et Nucis.

Jam ut pergamus, Ovidius Halient. 11 et 104 omissis semel[1]) admisit formam **E** metam. XV. 504. numquam ormam **F**. Contra Vergilius formas illas ca. 160-ies adhibuit formamque **E** quidem saepissime sicut Valerius

---

1) metam. VI. 201. Merkelius coniectura ut sagaci ita propter rationes metricas incerta restituere conatus est.

pingendi [1]) causa. Apparet igitur, Valerium cum Homero Latino, Columella, Sidonio, Vergili pressisse vestigia, cum ceteri Ovidium secuti illam formam raro adhibuerint, schema **F** signatum plane vitaverint.

Caesuram tertiam trochaicam Valerius uno illo exemplo omisso plane vitavit. Contra haec caesura apud Ovidium exstat 25-ies, apud Vergilium in Eclogis 9-ies, in Georg. 20ies, in Aeneide 30ies., quorum neuter veritus est illa forma ita uti, ut desit trithemimeris, contra adsit caesura post secundum trochaeum, quod valde vitiosum est. Ille habet Ecl. V. 52. *Daphnin ad astra feremus: amavit nos quoque Daphnis;* tum vero deficiente quoque incisione post secundum trochaeum Ecl. IX. 60: *incipit apparere Bianoris; hic ubi densas.* Ovidius in Art. am. I. 293. *illum Gnosiadesque Cydoneaeque iuvencae.* Poetae aevi posterioris ut Valerius hanc formam plus minusve vitaverunt.

Ceterum, quod supra ad formam **E** adnotandum erat, hoc loco afferre volo. Non licuit in versibus illius formae finem verbi statuere post secundum trochaeum. Quod Ovidius plane vitavit; nam de versu metam. VI. 201. *ite satisque superque sacri* eqs. cf. adnot. mea pag. 26. Quem secuti sunt Lygdamus, Epitomator Iliados, Lucanus, Valerius. Contra Vergilius 30 fere eiusmodi exempla praebet.

Porro caesuram post quartum simul et quintum trochaeum Valerius valde in deliciis habuit Vergilium secutus, qui formam illam in Bucol. habet semel inter vv.

---

1) cf. L. Mueller l. l. p. 183.

81 1/3. Contra apud Ovidium et Lucanum usus ille fere nullus est. Trochaicas autem incisiones in primo simul et secundo pede saepius admiserunt. Vergilius habet schema illud in Aen. I. semel in vv. 98. II. in 72. VI. in 90. Ovidius in art. am. semel in 34. metam. V. in 56 1/2. Amor. I. in 130. II. 135. III. in 72 1/2 art. amat. I. inter 96 1/2 II. inter 186. metam. I. in 129 5/6.

Sed ea quoque afferenda esse puto, quae alteri sibi concesserunt, Valerius cum alteris vitavit. Saepius Vergilius versus ita formavit, ut secundus pes uno compleretur vocabulo ut Eclog. II. 53. *Addam cerea pruna* V. 19. *sed tudesine plura.* Georg. II. 61. *scilicet omnibus est* III. 334. *Armentarius Afer* IV. 448. *sed tu desine velle*; *Aen.* III. 697. *iussi numina* IV. 316. *per connubia nostra* 372. *nec Saturnius haec;* et alia. Tum vero multo saepius in pede secundo inveniuntur vocabula *nescio* et *inter.* Quae ipse Ovidius, qui illa plane vitavit, saepissime, cum nullam fere praebeant offensionem, ita usurpavit: metam. I. 461. *nescio quas* III. 457. *nescio quam* VI. 382. *nescio quis idemque* VI. 382. trist. I. 6. 13. III. 14. 15. et multis aliis locis; tum *inter nos* amor. VII. 8. 5. *inter se* met. IV. 679. XII. 430. aliis locis. Uno igitur illo loco excepto ne tale quidem exemplum invenitur apud Valerium, Gratium, Lygdamum, Lucanum.

Quibus in adnotationibus acquiescere volo. In universum igitur concludendum est, Valerium praecipue frequentia nonnullarum incisionum se applicasse ad Vergilium, nonnullis autem rebus non solum illo sed ipso Ovidio fuisse cautiorem, ut Lucani non fuerit absimilis.

Caput II.

De elisionibus.

Si vocem in vocalem sive in consonam *m* exeuntem sequitur vocabulum a vocali incipiens, exsistit, qui dicitur, hiatus, quo nihil fere gravius duriusque fuit auribus Romanorum. Nihilominus plane vitari non potuit; quam ob rem certae evenerunt leges, ex quibus liceret tali modo voces collocare. Sed de hac re multa verba facere non operae[1]) videtur pretium esse. Plerumque vitium illud eo vitari solet, quod vocalis finalis sequente vocali quasi absorbetur, qui usus nominatur elisio seu, quod mavult Corssenius[2]), synaloepha. Sed ne elisiones quidem plane carent offensione, quam ob rem illis nulla res magis idonea est ad iudicandum, utrum severis an levibus normis se adstrinxerint scriptores carminum. Neque alia

---

1) Hiatum Valerius passus est his tantum locis: I. 113. III. 617. VII. 135. 534. VIII. 439. *o utinam* IV. 469. *o ubi* IV. 394. *Tartareo ululatu* (cfr. Vergili Aen. IX. 475), qui omnes ad unum excusandi sunt.

2) cf. *Ueber Aussprache, Betonung und Vocalismus der latein. Sprache.* Lipsiae 1860. II. p. 776.

re magis apparet, quem poetam epici posterioris aevi sibi elegerint exemplum. Quod cum ita se habeat, in perscrutandis libris Valeri huic rei summam operam dedi atque omni labore ac studio id egi, ne quid, quod ad eam pertineret, omitteretur. Sed cum maximi referat, quot sint elisiones in libris, tum quales sint ac denique quibus locis versuum versentur, hoc capite deinceps agendum erit de numero, de genere, de sede elisionum.

De numero elisionum, quae insunt Argonauticis, multa verba facere supersedeo, cum multo melius hanc rem apparere censeam ex tabulis quinque (cf. pag. 31—35).

Accuratius mihi explorandum est, quot elisiones Valerius uni eidemque versui tribuerit. Nullum versum inveni, qui plus tres elisiones exhibeat. Tres autem insunt septem tantum his:

I 709 *quin etiam in thalamis primique in limine Acasti*
II 166 *obvia quaque eadem traditque auditque neque ulli*
III 472 *inde alii increpitant adque aequora pectora tollunt*
IV 128 *adque ideo neque ego hanc tumidis avertere ventis*
295 *territus ipse etiam adque ingentis conscius ausi*
VIII 102 *cede adeo inque aliis senium nunc digere lucis*
396 *Europam atque Asiam prima haec committat Erinys.*

Multo saepius autem versus exstant, qui duas praebent elisiones; inveniuntur enim in libro:

I	31	sive	unus	inter	vv.	27½
II	13	„	„	„	„	51
III	21	„	„	„	„	35
IV	33	„	„	„	„	23
V	18	„	„	„	„	38½
VI	18	„	„	„	„	42

Tabula I.

omnium quae insunt Argonauticis elisionum.

Singuli pedes > / singuli libri V	I		II		III		IV		V		VI		Summae elisionum	numerus versuum	in singulis centum vv.
	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.			
I.	—	50	36	20	32	19	8	41	17	9	—	—	232	851	27,2 %
II.	—	31	25	10	23	11	9	37	17	3	2	—	168	664	25,3 %
III.	—	45	36	7	30	7	12	25	17	2	—	—	181	740	24,4 %
IV.	1	56	48	17	23	20	10	48	23	9	—	—	255	762	33,4 %
V.	—	43	32	9	21	11	9	34	12	6	3	—	180	695	25,9 %
VI.	—	37	25	16	17	22	12	34	20	3	2	—	188	760	24,7 %
VII.	—	44	27	29	28	11	12	47	19	6	—	—	223	653	34,1 %
VIII.	—	34	30	19	24	10	6	19	16	1	—	—	159	467	34,0 %
Summae	1	340	259	127	198	111	78	285	141	39	7	—	1586	5592	28,3 %

Tabula II.

elisionum vocabulorum in vocalem correptam desinentium.

pedes > / libri V	I		II		III		IV		V		VI		Summae	numerus versuum	in singulis centum vv.
	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.			
I	—	30	9	17	12	17	5	33	12	9	—	—	144	851	16,9 %
II	—	21	18	8	7	11	7	34	11	3	2	—	122	664	18,4 %
III	—	28	12	6	12	7	6	18	10	2	—	—	101	740	13,6 %
IV	1	41	25	14	10	19	7	37	13	9	—	—	176	762	23,0 %
V	—	30	10	8	9	11	7	25	9	6	3	—	118	695	17,0 %
VI	—	27	8	13	7	20	7	28	15	3	1	—	129	760	16,9 %
VII	—	28	10	27	9	8	6	32	13	6	—	—	139	653	21,3 %
VIII	—	25	8	17	9	9	2	12	9	1	—	—	92	467	19,7 %
Summae	1	230	100	110	75	102	47	219	92	39	6	—	1021	5592	18,3 %

Tabula III.

elisionum vocabulorum in vocalem ancipitem exeuntium.

pedes > / libri V	I		II		III		IV		V		VI		Summae	numerus versuum	in singulis centum vv.
	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.			
I	—	3	3	—	1	—	—	—	—	—	—	—	7	851	0,8 %
II	—	1	—	—	2	—	—	—	1	—	—	—	4	664	0,6 %
III	—	2	2	—	—	—	1	1	—	—	—	—	6	740	0,8 %
IV	—	2	2	—	—	1	—	1	1	—	—	—	7	762	0,9 %
V	—	3	3	—	—	—	—	—	—	—	—	—	6	695	0,8 %
VI	—	2	3	—	1	—	—	—	—	—	—	—	6	760	0,8 %
VII	—	5	1	—	4	2	1	—	1	—	—	—	14	653	2,1 %
VIII	—	2	4	—	1	—	1	1	—	—	—	—	9	467	1,9 %
Summae	—	20	18	—	9	3	3	3	3	—	—	—	59	5592	1 %

Tabula IV.

elisionum vocabulorum in vocalem productam desinentium.

pedes ≻ / libri ≺	I		II		III		IV		V		VI		Summae el.	numerus vv.	in singulis 100 vv.
	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.			
I	—	5	8	—	6	2	1	4	1	—	—	—	27	851	3,2 %
II	—	2	1	—	5	—	1	3	—	—	—	—	12	664	1,8 %
III	—	3	11	1	6	—	1	—	3	—	—	—	25	740	3,4 %
IV	—	3	4	—	4	—	1	1	2	—	—	—	15	762	2,0 %
V	—	4	10	1	5	—	—	4	2	—	—	—	26	695	3,8 %
VI	—	2	7	—	1	1	2	1	1	—	—	—	15	760	2,0 %
VII	—	1	5	1	6	1	2	3	2	—	—	—	21	653	3,2 %
VIII	—	4	7	2	4	—	1	4	3	—	—	—	25	467	5,4 %
Summae	—	24	53	5	37	4	9	20	14	—	—	—	166	5592	3,0 %

Tabula V.

elisionum vocabulorum in litteram *m* exeuntium.

pedes > / libri V	I		II		III		IV		V		VI		Summae elisionum	numerus vv.	in singulis 100 vv.
	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.	A.	Th.			
I	—	12	16	3	13	—	2	4	4	—	—	—	54	851	6,3 %
II	—	7	6	2	9	—	1	—	5	—	—	—	30	664	4,5 %
III	—	12	11	—	12	—	4	6	4	—	—	—	49	740	6,6 %
IV	—	10	17	3	9	—	2	9	7	—	—	—	57	762	7,5 %
V	—	6	9	—	7	—	2	5	1	—	—	—	30	695	4,3 %
VI	—	6	7	3	8	1	3	5	4	—	1	—	38	760	5,0 %
VII	—	10	11	1	9	—	3	12	3	—	—	—	49	653	7,5 %
VIII	—	3	11	—	10	1	2	2	4	—	—	—	33	467	7,0 %
Summae	—	66	88	12	77	2	19	43	32	—	1	—	340	5592	6,0 %

VII	24	sive	unus	inter	vv.	27
VIII	19	„	„	„	„	25½

Sed multum abest ut omnes elisiones eadem sint duritia; nam pro nihilo fere aestimandum est, quod saepissime imminuuntur vocabula quae dicuntur enclitica *que, ve, ne, ce,* aut voces in brevem vocalem exeuntes. Ceterum vocalis *e* minore cum offensione eliditur quam vocales *a* et *o*. Maxime offendendum est in elisione vocabulorum in vocalem longam [1]) aut in consonam *m* desinentium. De numero talium elisionum rursus perspicias tabulas.

Nec minorem praebent offensionem elisiones eorum vocabulorum, quorum paenultima e vocali constat, ut haec: *regio immanis*. Deprehendi tales elisiones in libro:

I	15	-ies	sive	semel	inter	vv. 56⅔
II	9	„	„	„	„	„ 74
III	17	„	„	„	„	„ 43½
IV	22	„	„	„	„	„ 34⅔
V	15	„	„	„	„	„ 46⅓
VI	10	„	„	„	„	„ 76
VII	10	„	„	„	„	„ 65⅓
VIII	15	„	„	„	„	„ 31.

In universum igitur inveniuntur elisiones illius generis 113-ies sive semel inter vv. 49½. Durissimae autem tales elisiones sunt, si vocalis paenultimae producta est. Cuius rei duo inveniuntur exempla nominibus propriis excusata: II. 372. *Phoebeum ad* VII. 191. *Aenea in.*

---

1) Ex longis vocalibus eximendi sunt ancipites quae dicuntur vocales. Quae omnes ad unam compositae inveniuntur in tabula III. Ceterum de hac re cf. quaest. meae part. II. caput 2.

Multum praeterea interest, cuius generis sint vocabula, quae eliduntur. Ac primum quidem videamus de monosyllabis. Inveniuntur imminuta monosyllaba in vocalem desinentia haec 28:

I. 118. *me umquam* 701. *se ardens* 715. *te infelix* 750. *te in* II. 603. *me et* III. 293. *me hospitio* 304. *me hospita* IV. 37. *ne abscedat* 121. *te olim* V. 459. *qui advenerat* 490. *me auratae* 517. *te horrifero* 537. *me ingentibus* 602. *si amnigenam* VI. 536. *te inquit* VI. 538. *te acquore* 96. *me illa* 131. *me autem* 176. *me ipsa* 238. *me immemorem* 420. *me opponere* 651. *si ipse* VIII. 109. *se arduus* 198. *me ire* 350. *te Aeeta* 387. *se externa* tum vero sequente brevi syllaba: II. 218. *se aperit* V. 390. *te animos.* Ex his exstant in thesi pedis primi: II. 218. VII. 131. VIII. 350. in arsi pedisse cundi: V. 490. VII. 238. in thesi eiusdem pedis: V. 390. in arsi pedis tertii: I. 715. 750. III. 293. V. 517. 602. VII. 96. 176. 651. VIII. 387 in thesi eiusdem pedis: I. 701. VI. 536. in arsi pedis quarti: I. 118. IV. 121. in thesi eiusdem pedis II. 603. IV. 37. V. 459. 537. VII. 420. in arsi pedis quinti III. 304. VII. 38. VIII. 109. 198.

Apparet igitur semel tantum tale quidquam inveniri in thesi pedis secundi. Quam ob rem, quod Schenkelius ex Regio codice deteriore libri VIII in versu 77 scripsit: *me hic stante* nullo modo mihi probatur, nec magis, quod Baehrensius [1]) scribi vult: *me astante.* Sed vel optime ceterorum codicum corruptelam: *meis tande* sanavit Meyn-

1) *Argonaut. libros octo recognovit.* Lpz. 1875 cf. praefationis pag. 57.

kius [1]), et id quidem, quod scripsit *miserande,* vocabulum Valerio usitatissimum est; cf. eiusd. l. v. 99.

Porro nullam rationem habui audacissimae illius coniecturae Schenklianae in eiusd. l. v. 233: *suscitat adfixam maestis* [*qui*] *Aeetida curis;* neque magis mihi probatur coniectura Phil. Wagneri [2]) in l. III. v. 39, qui contra auctoritatem codicum, qui omnes ad unum praebent lectionem *adque illum,* legi vult: *at* qui illum.

Jam ut pergamus, monosyllaba in *m* exeuntia imminuta sunt haec 11: I. 52. *iam et* 782. *iam exorabile* III. 515. *tum indecores* IV. 282. *iam ecce* VI. 756. *iam in* VII. 408. *iam ora* tum vero sequente syllaba correpta: I. 116. *iam ego* 475. *iam operum* II. 103. *tum* [3]) *ea* IV. 126. *iam aliae.* Semel denique Valerius migravit legem [4]), ex qua non possit elidi monosyllabum flexione formatum non aliena ab legitimis modulis. IV. 62. *in quem alium Alciden.* De quo loco dicit L. Muellerus [5]): *Id modo sit verum, fatebimur illum ut adulescentulum et, quod peius est, non satis firmum iudicio admisisse a ceterorum elegantia licentiam diversam.* Sed de hac re accuratius disputandum erit in exitu huius quaestionis.

---

1) *Quaestiones Valerianae.* Bonnae 1865.

2) Phil. Wagneri *emendationes Valerianae.* Philologi vol. XX. pag. 635.

3) Locus ille valde dubius est. Meo iudicio autem non legendum est *cum,* quod nusquam eliditur. Ne praepositio quidem *cum* nisi pronominibus affixa imminuitur: I. 150. *secum heu* VI. 331. *mecum omnis* VIII. 50. *tecum aequora* 282. *mecum adsunt* 425. *mecum ipsa.*

4) et 5) Muellerus l. c. p. 283.

Restat ut afferam, quibus locis illas elisiones deprehenderim: In thesi pedis primi exstant I. 116. 475. II. 103. IV. 62. 126. in secundi pedis arsi I. 52. in arsi pedis tertii III. 515. IV. 282. in arsi pedis quarti I. 782. VI. 756. in arsi pedis quinti VII. 408.

Vocabula iambica imminuuntur non nisi sequente syllaba longa scilicet his 18 locis: I. 57. *tholo ac* 106. *deae atque* 527. *Padi et* II. 374. *rati inviligans* III. 82. *viri optatos* 123. *manu et* 405. *metu et* 610. *manu et* 613. *morae impatiens* IV. 183.[1]) *situ et* V. 197. *fave et* 365. *nova et* VI. 23. *loco abstineant* 365. *viri et* 491. *mali et* VII. 528. *sequi et* VIII. 157. *habe et* 164. *genae atque.* nec minus hoc loco afferendae sunt elisiones hae: I. 683. IV. 86. VIII. 401. *deûm et.* Ex his, quas attulimus, elisionibus inveniuntur in tertia arsi: I. 106. II. 374. III. 123. IV. 183. VI. 491. VII. 528. VIII. 164. 401. ceterae omnes in arsi secunda exstant.

Longam vocalem sequente brevi Valerius elisit his locis: In thesi pedis primi 7-ies: I. 298. *pleni oculos* 818. *illi avide* II. 218. *quae se aperit* III. 454. *nullae ideo* 462. *illi alacres* V. 538. *quare age* VI. 182. *illi ubi;* in thesi secundi pedis 4ter: III. 194. *venatori Erymo* V. 390. *te dedit, in te animos* VII. 43. *quinquaginta Asiam* VIII. 274. *quinquaginta animae;* in thesi tertia 2: I. 65. *esse viro, sed sese odiis* VII. 176. *haut satis est, sed me ipsa opus.*

Ancipites vocales ita imminuuntur his locis: I. 236. *cerno eqidem* II. 298. *quando ego* V. 200. *quando egomet*

---

1) in IV. 183. *et* recte restituit Heinsius; cf. notae eius in editione Burmanni.

VI. 128. *ambo animis* 442. *Juno ubi* I. 659. *ergo umeros* III. 615. *ergo animum* VI. 449. *ergo opibus* VII. 407. *ergo ut erat* IV. 400. VII. 196. 625. *ergo iterum* III. 401. IV. 433. V. 318. VII. 4. 323. VIII. 321. *ergo ubi.* Omnes illae elisiones exstant in thesi prima. Unum denique exemplum invenitur in thesi tertia: IV. 476. *sit modus: et fore credo equidem.*

In arsi et acuta syllaba elisit vocalem longam his 14 locis: In libro I. 118. *me úmquam* 582. *iuxta áltera* II—III. 304. *me hóspita* IV. 198. *cuncti ínter* 405. *pavidae álta* 566. *illae aéquora* V. 216. *longo órdine* 488. *Stenelo ípse* 541. *contra ínscius* VI. 590. *contra áspera;* tum vero in libro VII. 38. *te aéquore* 96. *meílla* 396. *subito ánte* 651. *si ípse* VIII. 109. *se árduus* 198. *me íre* 315. *sese occulit.*

Multo saepius sequente brevi eliduntur vocabula in *m* desinentia, quod idem duritia non plane caret. Deprehendi haec 55 exempla: in thesi quarta 4: III. 363. *nox Minyas tanta caesorum ab imagine solvit.* IV. 391. *iamque refecta Jovi paulatim in imagine prisca* VI. 18. *se primum Haemoniis hortatum ea* VII. 227. *omnibus hunc potius communem animantibus;* 1. in sede tertia: VI. 417. *haud usquam Colchorum animi.* 7. in sede secunda: I. 583. [1]) *cernitur illam Acamas* 607. *Thessala necdum aliae* IV. 193. *omnibus idem animus* 653. *quin iterum idem aderit* VI. 424. *desit; illum acies* 552. *deicit, illum aperit* VII. 41. *Graecia? quidnam hominum.* Cetera 43 exempla omnia

1) Baehrensius l. l. scripsit *illa.*

inveniuntur in thesi prima: I. 48. 79. 116. 185. 325. 475. 606. 733. 785. II. 103. 184. 227. 382. 565. III. 373. 377. 426. 487. 519. 623. IV. 62. 64. 232. 233. 577. 651. V. 231. 291. 404. 584. 680. VI. 36. 322. 592. VII. 40. 82. 127. 166. 206. 501. 609. VIII. 41. 432.

Voces creticas numquam elisit Valerius neque dactylicas quidem in *m* vel *o* desinentes. Contra dactylicae in *a* cadentes imminuuntur hae: In sede prima 18: I.[1]) 382. *aequora et* 792. *funera et* 822. *lumina et* II. 130. *agmina et* 586. *aequora et* III. 99. *tegmina et* 421. *flumina et* IV. 238. *Pallada et* 413. *verbera et* 602. *inclita Amazoindum* V. 50. *lumina et* 220. *foedera et* 592. *pectora et* VI. 321. *vellera et* 468. *Coichida et* VII. 457. *sidera et* VIII. 50. *sidera et* 327. *aequora et.* Porro in thesi quinta inveniuntur 7. hae: I. 153. *pericula Acastum* II. 104. *effera et* 535. *belua in* IV. 699. *arida anheli* V. 198. *condita inani* VII. 551. *vellera et ipsa*[2]).

Apparet igitur, Valerium uno quidem loco [V. 198] excepto vocabula dactylica in *a* desinentia non imminuisse nisi sequente *et* vel *a*. Libri II. versum 535. nullius ad hanc rem diiudicandam esse momenti, intelliget, qui vocabulum *belua*, quod ab omnibus editoribus ex Carrionis codice [saec. XV] magna fide non digno receptum est, in omnibus libris vetustioribus ommissum esse respexerit. Quid Valerius hoc loco scripserit, pro certo diiudicari non posse persuasum mihi est, sed hoc propter eam, quam in

---

1) *et instantes* Eyssenhardtius recte restituit ex *nec stantes* cf. *emendationes Valerianae (musei Rhenani* vol. XVII) pag. 382.

2) Schenklius scripsit: *quercus ab ipsa.*

universum Valerium sibi proposuisse legem cognovimus, affirmare non dubito, lectionem *belua in* coniecturam esse scriptoris cuiusdam, qui rei metricae minus intentus sententiamque solam spectans, ut codicis lacunam suppleret, operam navavit.

Vocabula dactylica in *e* exeuntia Valerius non multo saepius elisit, sed item atque illa nusquam nisi in sede prima vel quarta. Semel autem lege neglecta vocem dactylicam posuit in sede tertia: IV. 623: *quam tulerit deus arripe opem.* Quam ob rem Burmanni et Oudendorpii [1]) coniectura ad I. 671. Schenklio probata, qui pro codicum lectione: *sic staret opus* legi volunt *sidere opus* propter rationem illam metricam Valeri reiicienda est.

Jam videamus de usu vocabulorum pyrrhichiacorum. Pyrrhichiaca in *m* desinentia eliduntur his 24 locis: In arsi secunda I. 118. *velim Herculeis* II. 140. *torum et* III. 64. *deam et* 513. *virum et* IV. 100. *solum et* 137. *virum et* 221. *fretum et* 352. *Jovem in* [2]) 411. *opem ac* V. 486. *meum imperiis* VI. 704. *levem et* VII. 589. *virum atque* VIII. 97. *dabam ac* 397. *statum hoc;* in arsi tertia: I. 688. *salum et* IV. 435. *ratem atque* V. 589. *virum et* VI. 286. *manum aut* VII. 69. *dabam et* 320. *opem ignoto.* Vox *enim* eliditur 4 locis, sed non nisi elisione coniuncta cum voce *neque* antecedente: in arsi tertia: *neque enim ánte* VI. 22. *neque enim Aeetae;* in arsi quinta: II. 102. *neque enim álma* III. 210. *neque enim ígnea.*

---

1) Front. Strat. I. 5 ed. sec.

2) *in* recte restituit Heinsius cf. l. l.

Plerumque igitur eliduntur illa verba in vocabulo atono monosyllabo, sed tribus locis accentu signatis sequitur syllaba acuta. Neque vero in thesi ullius pedis tales voces imminutae inveniuntur.

Pyrrhichiaca in *a* desinentia elisit Valerius in thesi pedis primi tribus his tantum locis: IV. 360. *mox ita adorti* 685. *sub iuga et* VII. 596. *sub iuga aëna;* nam quae leguntur I. 851: *et loca et* corrupta esse apparet. Duobus igitur locis sequitur rursus vocalis *a* semel *et.* Semel denique exstat in arsi pedis tertii VIII. 184. *via et.*

Vocabula pyrrhichiaca in *o* exeuntia nusquam in thesi eliduntur excepta illa voce usu trita *ego:* I. 116. 328. *ego et* III. 296. *ego amice.* Ceteroquin elisione iugata sunt cum arsi secunda: IV. 747. *ego atque* VI. 617. *modo infesta* VIII. 71. *voco inque;* tum vero cum arsi tertia: IV. 128. *ego hanc;* et cum arsi quinta: V. 652. *ego aegide.*

Iam videamus de vocabulis pyrrhichiacis in *i* desinentibus *mihi, tibi, ubi* etc. In thesi prima habeo: V. 359. *non tibi ab hoste* 651. *non tibi Aloidae;* in thesi secunda: III. 16. *paude virum tibi enim.* Ceterum exstant in arsi secunda I. 448. *ubi Ossaeae* II. 515. *ubi a* 548. *ubi adsueti* III. 84. *ubi ingentes* 130. *ubi immenso* 265. *ubi impulsa* IV. 68. *ubi e* V. 179. *ubi adversum* 443. *ubi et* 614. *mihi et* VI. 351. *sibi et* 611. *ubi ipse* VIII. 111. *ubi extremas* 263 *ibi ante* 635 *ubi attonitos* 639 *ibi Aesoniden* VIII. 218. *ubi et.* Semel denique invenitur in arsi sexta: V. 42. *ubi Idmon.*

Multo saepius in thesibus eliduntur pyrrhichiaca in *e.* — Habes enim in thesi prima: *age et* II. 127. IV. 35. VII. 467. VIII. 41. 111. *quoque ab* II. 592. *quoque Agenorides* IV. 522. *quoque et* VIII. 359. *neque apud* III.

570. *sine et* VII. 455; in thesi secunda inveniuntur: *neque enim* I. 17. 166. 533. 783. II. 2. 603. VI. 22. *neque adhuc* III. 262. *neque ego* IV. 128. *neque opem* VII. 320. in thesi tertia: *neque enim* I. 500. 587 VI. 37. 657. VIII. 265 *neque inexorabilis;* in thesi quarta: *neque enim* II. 102. III. 210 *neque ego* V. 652. *sine honore* I. 514. VI. 737.

Praeterea in arsi secunda exstat: *neque arcanis* II. 624. *neque hesternos* III. 288. *neque extorrem* IV. 427. *neque illa* IV. 642. *neque adversis* VIII. 196. in arsi quinta: *neque ardua* II. 641. *sine imbribus* V. 423. in arsu sexta: *neque ulli* II. 166. *sine armis* V. 145. Omnibus igitur his locis habes voces illas usu tritissimas. Sed semel exstat in thesi pedis primi: *heu fuge ait* IV. 140.

Jam reliquum est, ut, qua in parte hexametri elisiones sibi permiserit Valerius, accuratius exponamus.

Nusquam usus est elisione in prima arsi nisi uno loco, quo scripsit IV. 293:

illum insperata turbata fraude furentemque
Oebalides . . . .

Sine ulla probabilitate igitur Baehrensius [1]) in l. IV. 565 coniecit:

. . . . . quasi vincula mundi
cum ima labant, temere ecce solum . . .

Porro offensioni sunt elisiones syllabarum longarum vel in *m* desinentium in thesi pedis secundi. Illius generis exstat praeter quattuor illa exempla iam supra (pag. 39) allata unum tantum hoc: VIII. 2. *Colchida circa omnes.* Apparet Valerium hac re diligentissimum fuisse. Nihil-

1) cf. l. l. praefatio p. 41.

ominus autem rursus Baehrensius facere non potuit, quin duas elisiones durissimas illi sede attribueret: VI. 128[1]) *ambo animoso, ambo.* VII. 503,[2]) *senseris et me umquam.* Alterius generis omissis septem illis exemplis, quae iam supra attuli pag. 40, inveniuntur quinque haec: I. 276. *lumina nondum ullis* II. 288. *huc genitorem altae* 479 *belua monstrum ingens* IV. 494. *halitus unum omnes* VI. *at vigil isdem ardet.*

In arsi pedis tertii sicut in arsi pedis secundi Valerius saepissime elisit syllabam longam vel mediam, quibus in elisionibus minime offendendum est. Nusquam autem, quod iam supra commemoravimus, elisionem in arsi pedis tertii ita admisit, ut penthemimeris sequatur. Contra in thesi eiusdem pedis valde cantus erat; nam omissis duabus illis elisionibus pag. 54 allatis, duo versus exstant, qui illo loco praebeant elisionem syllabae longae: I. 701. *vela videt nec qua se ardens.* VI. 536. *vidit Aron, pavidos te inquit.* Syllaba media eliditur in thesi tertia duobus locis his VI. 417. *Colchorum animi* VIII. 295. *clamorem omnes.* Praeterea syllaba anceps IV. 476. *credo equidem.*

Jam ut transeamus ad pedem quartum, Argonauticorum libri multo maiorem praebent numerum in thesi[3])

---

1) et 2) cf. l. l. praef. 47 et 55. ppgg. Ceterum de coniectura ad VIII. 77 vide supra pag. 37.

3) In hac quoque sede Baehrensius duas duriores Valerio imputavit elisiones: IV. 298 *caestu elatus* VIII. 164 *alieno ad.* Sed haec hactenus! nam omnes elisiones, quas vir ille doctissimus Arqonauticorum libris inseruit, afferre longum est. Ceterum ex illis, quae attulimus, satis apparere videtur, quam male etiam a metrica ratione egerit in emendandis libris Valeri.

quam in arsi. In arsi imminuitur syllaba producta his 9 tantum locis: I. 118. *me umquam* II. 235. *aliae ad* III. 597. *silvae et* IV. 121. *te olim* VI. 577. *densa in* 679. *medio in* VII. 137. *vidi indoluísse* 476. *dextrā ac* VIII. 350. *generi aut.* syllaba anceps his locis tribus: III. 74. *regio aut* VII. 653. *ambo ábcessére* VIII. 38. *virgo haut.* Syllaba media elisa exstat his 19. locis: I. 573. *olim implorábile* 782. *iam éxorabile* II. 18. *quondam ádversáta* III. 12. *telum insuperábile* 376. *quemnam haec* 444. *nemorum éffigiésque* 627. *pretium haut.* IV. 705. *verum ut* 732. *tandem in.* V. 447. *donum éxitiále* 480. *quamquam inclita.* VI. 6. *monstrum increvocábile* 324. *alium hic* 756. *alium in.* VII. 331. *quidquam haut* 587. *dextram inque* 598. *noctem implicat.* VIII. 115. *similem aut* 277. *desum ad.*

Rarissime igitur Valerius tales elisiones admisit, cum valde in illis sit offendendum, in vocibus apice a me significatis, quae simul pertineant per quartam et quintam thesim. Singulis enim locis ita exstat in arsi quarta elisio syllabae productae et ancipitis, septem porro mediae. Semel denique, ut id quoque afferam ita eliditur vocalis a correpta VI. 465 *blanda áspirámina,* quae in universum raro imminuitur in arsi quarta hexametri.

In arsi pedis quinti Valerius elisit vocalem productam his 14 locis: I. 582. III. 304. 504. 629. IV. 436. 566. V. 216. 541. VI. 590. VII. 38. 269. VIII. 109. 198. 315. vocalem ancipitem his 3 locis IV. 638. VII. 186. II. 263. mediam denique his 32 locis: I. 234. 309. 728. 833. II. 102. 104. 163. 412. 529. III. 210. 380. 599. 642. IV. 160. 166. 508. 541. 671. 742. 761. V. 51. VI. 165. 241. 403. 572. VII. 85. 228. 408. VIII. 50. 107. 150. 187.

Inde ab arsi pedis quinti nusquam imminuitur syllaba producta vel media, nisi quod semel exstat adverbium *iterum* in arsi pedis sexti elisum VI. 300:

agmina non usqnam Cyrnum videt utque iterum intrat.

Haec est Schnkeli lectio. Sed hic locus certus prorsus non est, cum in omnibus codicibus vocabulum *Cyrnum* desit. Baehrensius lacunam ita supplevit, ut post vocabulum *iterum* vocem *acrior* insereret; sic elisio fit in arsi pedis quinti. Scripsit enim versum ita:

agmina non usquam videt. utque iterum acrior instat.

Correptae vocales in arsi sexta imminutae inveniuntur his 6. locis: II. 166. *neque ulli* 519. *intremere Ide* V. 42. *ubi Idmon* 145. *sinear mis* 680. *accipite ordo* VI. 522. *corporaque atris.*

Nulla denique exstat synaloepha in thesi pedis sexti.

Ut iam ea, que de vocabulorum elisione investigando repperimus, paucis colligamus, Valerium his fere legibus se adstrinxisse dicendum est:

I ne umquam elideret vocabulum creticum neve dactylicum nisi in *e* vel *a* exiens.

II ne dactylica in *a* vel *e* desinentia imminueret nisi in sede prima vel quinta neve praeterea dactylica in *a* exeuntia nisi sequente *et* vel *a*.

III ne umquam elideret sequente brevi syllaba vocabulum iambicum aut pyrrhichiacum in *m* desinens.

IV ut rarissime elideret pyrrhichiaca in *a* cadentia idque non nisi in sede prima et sequente *et* vel *a* — pyrrhichiaca vocales finales *o*, *i*, *e* praebentia numquam imminuit exceptis illis vocibus usu tritissimis.

V ut rarissime elideret syllabas longas vel medias in thesibus secunda et tertia et in arsi quarta praecipue sequente voce, quae per duas arses pertinet.

VI ne umquam imminueret sequente brevi syllaba in thesi quarta syllabam longam, rarissime mediam.

Denique, si fortasse licet, diligentiam scriptoris ex numero elisionum iudicare, concedendum est, Valerium in libris extremis fingendis quam in prioribus fuisse neglegentiorem.

Parte huius capitis priore postquam Valeri leges accuratissime circumscripsimus, iam paucis exponamus, cuius epici illa arte fuerit similis, cuius dissimilis.

Sed ne uberiora dicam de elisionum numero [1]), quem qui contemplabitur, certe sibi persuadebit, Valerium in illa re postponendum esse Lucano et Ovidio, contra Vergilio

---

1) cf. Helbig: *De synaloephae apud epicos Latinos primi p. Chr. n. saeculi ratione.* Gymnas.-Progr., Bautzen 1878. Qui invenit in:

Lucani Pharsalia	13,1 %
Ovidi metam. libris	19,8 „
Valeri Argon. equidem inveni . . .	28,4 „ (ille 28,9)
Stati Thebaide et Achilleide	34 „
Sili Italici Punicis	44,2 „
Vergili Aeneide	53,1 „

Quid mirum, quod mea et Helbigi quaestiones inter se discrepant, cum ille Baehrensium secutus sit.

ceterisque epicis, qui scripserunt p. Chr. n. anteponendum, statim transire malim ad diiudicandas leges, quibus Valerium usum esse modo demonstravi.

Ac primum quidem videamus de dactylicis vocabulis simul et pyrrhichiacis. Posuit Vergilius in thesi secunda: Georg. II. 285. *non animum modo uti pascat;* Aen. VI. 778. *haec tum nomina erunt* X. 514. *ardens limitem agit.* Silius in vv. III. 460. *nam trabibus vada et iniecta.* XI. 247. *infremuit leo et immersis* XIV. 458. *Hammon sanguinem ait.* Nusquam tale quidquam exstat apud Ovidium, Statium, Lucanum, Valerium.

Porro in thesi quarta admisit Vergilius in Aen. II. 550. *altaria ad ipsa trementem* VI. 836. *Capitolia ad alta Corinthi* VII. 347. *praecordia ad intima subdit* X. 459. *magnumque ita ad aethera fatur* XI. 556. *librans ita ad aethera fatur* VII. 113. *penuria adegit edendi;* X. 904. *scio acerba meorum* II. 241. *domus Ilium et incluta bello* V. 576. *hoc Ilium et haec loco Troiam.* Statius in Theb. XI. 352. *tu limina avita deosque;* Achill. I. 132. *modo in ubera saevas.* Silius II. 430. *certamina anhela movere* XIII. 387. *et funera acerba suorum* 703. *loca amoena piorum* XVI. 217. *nunc litora Hibera cruorem;* tum vero VIII. 597. *circumflua et undique sollers* X. 105. *certamina et addere passim* XIII. 527. *quidquid freta et igneus aer* 575. *sunt pocula et atra Megaera.* Frustra tale quidquam quaeres apud Ovidium, Lucanum, Valerium.

Quin ne haec quidem scripsit cum Lucano Valerius, quae sibi permisit in thesi tertia: Ovidius IV. 451. *grave et implorabile numen.* Statius I. 212. *grave et immutabile sanctis* III. 706. *grave et inlaetabile munus;* idemque exstat

III. 706.; tum vero cf. Vergili Aen. X. 467. *breve inreparabile tempus*, Georg. IV. 270. *grave olentia centaurea*; et in sede quarta. Aen. VI. 201. *grave olentis Averni*; Ecl. II. 48. *grave olentis anethi.*

Porro in thesi quinta habet Vergilius in Aen. I. 599 *omnium egenos* II. 325. VI. 64. *Ilium et ingens* Ovidius metam. VI. 524. *virginem et unam.* Amor. III. 6. 111. *fluminum amores.* Lucanus I. 231. *Ariminum et ingens* nihil tale praebent libri Valeri.

Elisiones syllabarum longarum vel mediarum in thesi secunda vel tertia admittere omnes epici plus minusve veriti sunt. Quam ob rem, ut illud omittam, transeamus ad elisiones in arsi quarta admissas.

Elisit Vergilius ante vocem per arsim quartam simul et quintam pertinentem vocalem productam in Georg. libro I *septies:* 211. *brumae íntractábilis ímbrem* 304. *nautae ímposuére coronas* 365 *vento ímpendénte videbis* 454. *rutilo ímmiscérior igni* 476. *vulgo éxaudita silentis* 484. *fibrae ápparére minaces* 512. *sese éffudére quadrigae.* Ovidius in metam. I. 71. *toto éffervéscere caelo* II. 475. *nostro ímportúna marito* IV. 361. *contra élabíque volentem* VII. 92. *nec me ígnorántia veri* VIII. 736. *voti árguménta potentis* XI. 686. *vidi ágnovíque manusque* XII. 529. *ferro éxercére dolorem* XIII. 433. *animi írritámen avari* XIV. 11. *dicta ácceptáque salute;* item 271. 179. *volui inclamáre sed hosti* 282. *pando óccalléscere rostro* 666 *terrae áccli-nata iaceret* XV. 719. *nautae ádvertére carinam.* Porro. Statius: I. 301. 531. 558. II. 504. VI. 160. 479. 650. 731. VIII. 21. 510. 592. Silius I. 12. 288. 295. 411. 426. II. 256. 388. VIII. 169. 213. 246. 265. 292. 327.

481. 589. 591. Valerius igitur secutus esse videtur Lucanum, qui praebet haec tantum exempla illius elisionis: III. 662. *morti óbluctáta lacertis* 735. *vastae óbduxére tenebrae.*

In thesi pedis quarti vocalem longam vel syllabam mediam sequente vocali brevi elidere minime veritus est Vergilius. Et ne Ovidius quidem satis cautus erat in hoc genere elisionis; cf. enim: metam. VII. 34. *pereuntem oculosque videndo* XI. 447. *in partem adhibere pericli* XIV. 480. *sors autem ubi pessima rerum* XV. 200. *peragentem imitamina nostrae* II. 769. *vitiorum alimenta suorum* VIII. 727. *liquidarum imitatus aquarum* IX. 145. *properandum aliquidque novandum est* VIII. 828. *non umquam alimenta recusat* IX. 264. *necquicquam ab imagine ductum* X. 220. *secundam Amathunta;* tum vero elisit vocalem longam[1]) VI. 656. *quarenti iterumque vocanti* IV. 445. *antiquae imitamina vitae.* Ceteri omnes in hac re secuti sunt Ovidium et Vergilium exceptis quidem Lucano et Valerio. Lucanus enim haec tantum praebet exempla: V. 87. *inclusum habitare refusa* VIII. 165. *curarum odiumque futuri.*

Ex his igitur, quae diximus satis apparet, Valerium in arte elidendi secutum esse Ovidium nonnullisque rebus una cum Lucano ipsum superasse subtilissimum illum versificatorem.

---

1) Locos illos reiecit Hauptius, sed fortasse sine ullo iure. cf. *Observ. criticae* p. 22 eqs. et *Opusc.* I. p. 99 eqs.

Caput III.

De clausulis hexametrorum.

Priore capite vidimus poetas versuum exitus elisionibus praecipue productarum et mediarum syllabarum duros et graves facere valde esse veritos. Quid mirum igitur quod item enixe elaborabant, ne in fine versus accentus numerorum et verborum inter se discreparent, quo sine dubio versus non minus molesti fiunt et duri. Nihilo secius autem magna exorta est contentio inter viros doctos, quorum alteri convenientiam illam accentuum consulto a poetis servatam, alteri casui tribuendam esse contendunt. Ex his est Wilhelmus Corssenius[1]) vir ille doctissimus, cuius iudicium praecipue de eiusmodi rebus, in universum sanissimum et magni aestimandum est. Atqui

---

1) cf. l. l. vol. II. p. 948-1000. Ab eius partibus stant: Fr. Ritterus: *Elem. gram̄ Lat. libri duo.* pag. 62. eqs. Boekhius: *Monatsber. der Akademie der Wissenschaften zu Berlin.* 1854 pag. 270. eqs. Contra Corssenium disputaverunt: Bentleius: *de metr. Ter.* p. 50 eqs. Hermannus: *elem. doctr. metr.* p. 141. Ritschelius: *Prolegomena* cap. XV.

hac quidem re errasse videtur; nam ex tabula Kocksii,[1]) qui summa cum diligentia omnium epicorum versus vitium illud praebentes collegit, vel optime apparet poetas, ut quisque fuit aliis rebus diligentissimus, maxime etiam discrepantiam accentuum in fine versuum vitasse. Quam ob rem videamus, quomodo res se habeat apud Valerium, quem ille in tabulam non recepit.

Pulcherrimae et elegantissimae sunt clausulae ita formatae, ut nec post quintam nec post sextam arsim sit verbi finis, quaram species sunt hae: — ∪ ∪ | — ∪̄ sive — ∪ | ∪ — ∪̄ sive — ∪ | ∪ | — ∪̄, e quibus rarissime invenitur tertia, quae apud Valerium exstat ca. 350-ies. Exempla afferre supervacaneum est.

Sed accuratius videamus de clausulis minus usitatis atque non legitimis. Ac primum quidem veniamus ad eos versus, qui praebent incisionem post arsim pedis sexti accentibus quidem congruentibus, ut forma fiat haec: — ∪ ∪ | — | ∪̄, quae invenitur in Argonanticis his 29 locis: I. 114. *haec nunc* 118. *fas sit* II. 61. *mens stat* 405. *si te* III. 318. *de te* IV. 26. *quo me* 286. *ut cum* 368. *quam si* 469. *quam te* 697. *quam iam* V. 71. *et iam* 218. *non haec* 427. *et iam* 529. *aut hinc* VI. 25. *nec quos* 84. *et mons* 162. *nec sic* 343. *et qui* 537. *nec bos* VII. 30. *si iam* 40. *aut quae* 94. *nec spes* 433. *nec quo* 471. *et me* 581. *non sic* VIII. 29. *et iam* 73. *sed nunc* 270. *nec te* 273. *fas sit.*

---

1) *De poet. Lat. versus hexam. caesura, quae est post quinti pedis arsim.* Gymn. Progr. Coloniae 1662. Particula altera ibid. 1873.

Exstat igitur illa forma, ut numeros medios afferam, semel in vv. 193 aut in libro

I	semel	in	vv.	425	V	semel	in	vv. 149
II	„	„	„	332	VI	„	„	„ 152
III	„	„	„	740	VII	„	„	„ 109
IV	„	„	„	132	VIII	„	„	„ 117

Tum vero versus, qui exhibent illam caesuram accentibus inter se discrepantibus, ut fiat hoc schema: — ∪ | ∪ — | ∪̄, habes hos: II. 352.[1]) *agat vis* VI. 236. *virum vi* VII. 355. *magis vis.*

Jam transeamus ad eos versus, qui praebent incisionem post quintam arsim, sed ita quidem, ut inter se congruant accentus. Forma haec: — | ∪ | ∪ — ∪̄ quantum vidi, nullo loco exstat; nam in vv. I. 807. *siquod inausum;* atque VII. 71. *siquid in isto est*, vocabula, quae sunt *siquod* et *siquid,* plus minusve praebent speciem unius vocis. Contra saepissime invenitur forma haec: | — | ∪ ∪ | —∪̄, eaque non admissa post quintam arsim elisione locis 89 his:

I. 27. *nam fore regi* 53. *necdum mea proles* 296. *hunc gravis Aeson* 327. *ei, mihi, Colchos* 336. *si mihi sanguis* 370. *et face saeva* 380. *in freta puppis* 478. *sors tibi nequa* 565. *et grave caeli* 642. *hanc mihi Pallas*

II. 158. *me quosque pulsam* 358. *et simul undis* 384. *haec ubi dicta* 540. *ac simul ipsi*

---

1) Meo iudicio in hoc versu cum Heinsio suo iure offendit Friesemannus, (cf. *collectanea critica,* Amstelodami 1786 p. 84.) qui scribi vult haec: *quo moles agatur.*

III. 6. *quem sub noto* 292. *heu quibus adsum* 374. *an sibi nectunt* 393. *et sua carpunt* 514. *et mihi gentis* 667. *at tibi Pollux*

IV. 66. *sat tibi furtum* 129. *iam mora morti* 212. *haec mea visat* 228. *aut iuga nota* 240. *haud tibi pulchrae* 278. *nec sua regem* 299. *et trucis altro* 324. *at manus omnis* 335. *has precor oris* 378. *aut ubi longa* 416. *haec procul Jo* 436. *o mihi longum* 438. *et via iussos* 482. *hinc mihi tanta* 524. *cum premit arcus* 538. *me quoque curis* 545. *hoc magis angunt* 572. *si semel orsis* 653. *haec ubi fatus* 656. *ac fuga ponti* 680. *cum super adsunt* 741. *ad mea vectos* 757. *hic tibi Pollux*

V. 54. *haec ubi fatus* 101. *ac fugit omne* 126. *hinc magis alta* 169. *et grave Titan* 218.[1]) *mens mihi non haec* 260 *et data seri* 375. *nec minus inter* 544. *haec quoque fato* 550. *o Jovis alma* 667. *sin ea mavors*

VI. 141. *et sacer aeris* 178. *et mala leti* 305. *si manet oro* 364. *hinc tenet ardens* 386. *et sua posci* 408. *in sua versi* 480. *et pavor artis* 579. *ac simul acres* 589. *te quoque tales* 605. *nec tibi Perse* 616. *ac modo saevo* 733. *dent tamen oro*

VII. 10. *haec mihi certe* 41. *aut ubi cautes* 59. *ac latet una* 182. *aut mea forte* 208. *tunc mihi manes* 234. *at tibi quinam* 257. *hoc ait audi* 269. *has ego voces* 349. *haec ubi fata* 479. *te quoque tangat* 514. *et mora dictis* 642. *aut super ullus*

---

1) Hic est solus versus, qui praebeat formam hanc: | — | ∪ ∪ | — | ∪̄, ut caesura exstet post quintam simul et sextam arsim.

VIII. 34. *haud secus illa* 62. *ac vocat ultro* 104. *tu quoque cunctas* 129. *se quoque gaudens* 146. *haec tua tellus* 191. *sint age tanti* 237. *ac sua flavis* 296. *ut procul Argo* 365. *iam tamen exstat* 422. *te mihi certo* 440. *nunc quoque quaere* 443. *aut dare poenas.*

Tum vero admissa in quinta thesi elisione deprehendi clausulam illam his 7. locis:

I. 562. *adque ita fatur*
IV. 165. *adque ego palmas*
624. *adque ita facto*
V. 93. *adque ea vixdum*
509. *adque ea Phrixo*
VI. 300. *utque iterum intrat*
VII. 542. *dumque ea longe.*

Unus denique versus exstat, qui clausulam illam praebeat inter se discrepantibus accentibus:

I. 842. *lucét via late.*

Porro forma haec: — | ∪ ∪ —$\overline{\cup}$ congruentibus inter se accentibus legitur non admissa elisione his 3 locis:

II. 495. *aut Erymanthi*
V. 147. *hinc Tibarenum*
VI. 402. *cum legiones;*

tum vero admissa elisione semel:

I. 402. *arma Eribotes,*

deficiente bucolica 2 locis his:

III. 478. *fortemque Eriboten*
VIII. 149. *exspectatique hymenaei.*

Ac denique discrepantibus inter se accentibus illam clausulam habes his 3 locis:

IV. 393.[1]) *Tartareo ululatu*
VII. 405. *immotis cyparissis*
VIII. 259. *impediit hymenaeos.*

Jam reliquum est, ut videamus de singulis libris. Incisionem post quintam arsim deprehendi in libro:

I	semel	in	vv.	65½	V	semel	in vv. 53½
II	„	„	„	133	VI	„	„ „ 54⅓
III	„	„	„	106	VII	„	„ „ 46⅔
IV	„	„	„	29⅓	VIII	„	„ „ 33⅓

In universum exstat semel inter vv. 52⅔.

Adhibita autem Kocksii ratione dicendum est, Valerium incisionem post quintam arsim admisisse ita, ut discreparent accentus, 4-ter sive in singulis centum versibus, 0,07 ies, ut congruerent non admissa elisione 92 ies = 1,66%, admissa 10 ies = 0,17%.

Jam vero Valerius valde devitavit, voces per duas arses pertinentes in exitu versus ponere. Per quintam et sextam arsim pertinentes habes tres tantum has: III. 578. *ágricolísve* VI. 637. *Géssithoúmque*; tum vero in uno illo versu spondiaco: I. 468. *Orithyiae.*

Saepius autem tales voces[2]) posuit poeta in quarta et quinta arsi. Deprehenduntur in libro:

I. 10-ies sive semel in vv. 85: 9. *índignátus Julos.* 77. *ímmunémque senectae.* 147. *ádclinísque. tapetis.* 202. *indignántibus undis.* 256. *óstendébat Achillen.* 261.

---

1) cf. adnot. pag. 29.

2) De elisionibus vocalium productarum et syllabarum mediarum, quae sunt ante istas voces, cf. quaest. meae p. 46.

cónspiciénda metallo. 384. *círcumfúsa cothurno.* 573. *implorábile nautis.* 667. *tempéstatésque sonorae.* 782. *exorábile rite.*

II. 5-ies sive semel in vv. 133: 18. *ádversáta gigantum.* 55. *immutábile caelum.* 211. *síngultántia gestans.* 510. *immanémque paratu.* 648. *incleméntia sacri.*

III. 6-ies sive semel in vv. 123: 12. *insuperábile dextrae.* 191. *secúrigerúmque Nealcon.* 403. *úmbrarúmque meatus.* 510. *insuperábile nostris.* 535. *dédignáta dicavi.* 729. *ármentárius arvis.*

IV. 9-ies sive semel in vv. 85: 163. *áspernándus in actus.* 302. *inconsúlta per aures.* 304. *éffusúmque secutus.* 393. *Tártareó ululatu.* 518. *exaudíta tenebris.* 561. *érrantésque per altum.* 642. *praécipitáta profundo.* 691. *increpuére corymbis.* 708. *aéternumque revinctos.*

V. 9-ies sive semel in vv. 77: 14. *imperiúmque carinae.* 105. *pállentémque Cyteron.* 114. *Décleónta secutos.* 261. *exitiále sacerdos.* 319. *experiénda tyranni.* 320. *inexorábile certe.* 389. *ignaróque locorum.* 447. *exitiále coronae.* 639. *experiére nec illis.*

VI. 10-ies sive semel in vv. 76: 6. *inrevocábile belli.* 185. *átternaéque ruinae.* 327. *exspectáre ferentes.* 449. *Vírginitáte tremendam.* 465. *áspirámina formae.* 497. *aequalésque catervas.* 606. *iratóque vocati.* 651. *infletúmque Monesi.* 689. *imperfécta cubili.* 750. *Issédoniaéque phalanges.*

VII. 9-ies sive semel in vv. 74: 83. *Joniúsque magister.* 137. *indoluísse sororem.* 210. *improvísa resedit.* 284. *Hippodamía labores.* 405. *immotis cyparissis.* 416.

incleméntia vultus. 417. *éxspectáta laborum.* 566. *éffudére tenebras.* 653. *ábcessére minantes.*

VIII. 4 ter sive semel in vv. 117: 117 *éxtremúmque loborem.* 149. *exspéctatíque hymenaei.* 232. *hórtatórque cupido.* 322. *tempéstatúmque refringit.*

In universum deprehendi versus ita formatos 53 sive unum inter vv. 105½.

Eae sunt rationes, quibus Valerius exitus versuum formavit, quam accuratissime circumscriptae. Nemo autem est, qui numeris mediis consideratis negare possit, poetam in libris I. IV. VII. VIII. neglegentiorem se praebuisse quam in ceteris conscribendis.

Jam restat, ut exponamus, quomodo ceteri epici rem tractaverint.

Post arsim pedis sexti omnes ad unum congruentibus accentibus plus minusve incisionem admittunt, sed Vergilius solus ita stat, ut simul adhibeat synaloepham: Aen. IX. 57. *atque huc* 440. *atque hinc.*

Contra discrepantibus accentibus Vergilius et ipse Ovidius multo saepius Valerio incisionem illam adhibent, quamquam concedendum est, interdum consulto et quadam cum arte legem migrasse illos. Sed ut nonnulla afferam exempla, cf. Verg. Ecl. VIII. 106. *bonum sit,* Georg. I. 247. *silet nox,* Aen. I. 151. *virum quem* II. 170. *deae*

mens 355. *lupi ceu* III. 375. *deum rex* XII. 851. IV. 314. *tuam te* V. 638. *agi res* VI. 346. *fides est* VIII. 320. *vocat res* 532. XII. 552. *opum vi* 723. *agat res* X. 107. *secat spem* 228. *deum gens* 259. *parent se* 361. 734. *viro vir* 771. *sua stat* 802. *tenet se* 843. *mali mens* 864. *viam vis* XI. 373. *tibi vis* 632. *virum vis;* tum vero Georg. I. 181. *exiguusmus* 313. *imbriferum ver* II. 321. *rapidus sol* III. 255. *exacuit sus.* Aen. I. 65. II. 648. X. 2. 743. *hominum rex* I. 105. *aquae mons* II. 250. *Oceano nox* III. 390. VIII. 43. *ilicibus sus* IV. 132. *canum vis* et similia.

Ovidius Vergilium secutus habet exempla haec: met. V. 573. *sacer fons.* VII. 520. *morer vos.* Arist. II. 433. et ex Ponto eps. I. 3. 81. *apud quos* IX. 101. *quibus nos* tum vero met. VII. 663. *extulerat sol* VIII. 359. *vulnificus sus* XIV. *semicaper Pan* XV. 30. *abdiderat Sol* 31. *sidereum nox.*

Nihilominus autem clausulas Vergilianas et Ovidianas inter se dissimiles esse, qui accuratius rem perspexerit, negare non poterit. Pleraeque enim clausularum illius poetae sonitum praebent quendam simillimum, qui efficitur eo, quod verborum vel consonae initiales vel vocales vel consonae et vocales inter se consonant, ut **t***uam* **te**, **m***ali* **m***ens*, atque: ***tibi vis;*** tum vero: **vir***um* **vir**, **vi***am* **vis**, **vi***rum* **vis**, nec minus in fine verborum: *exigu***us** ***mus***, *ilicib***us** ***sus***, *fid***es** ***est***, *Ocea***no** ***nox***, atque fortasse: *imbri***ferum** **ver**. Quod valde placuisse videtur Valerio; nam duobus illis locis, qui certi habentur, artem illam vel optime imitatus est: **vi***rum* **vi**, *mag***is** ***vis***.

Jam videamus de incisione [1]) post quintam arsim, quam Valerium congruentibus accentibus et non admissa elisione adhibuisse in centum vv. 1,66-ies proxima parte exploratum est. Vergilius praebet 1,17 %, Ovidius 0,29 %, Lucanus 0,25 %, Silius Italicus 0,54 %. Apparet igitur omnes a Valerio frequentia illius clausulae superatos esse. Porro admissa synaloepha habes: apud Valerium 0,17 %, apud Vergilium 0,24 %, apud Ovidium 0,02 %, apud Silium Italicum 0,07 %. Nihil tale invenitur apud Lucanum.

Porro autem, quod gravioris est momenti, versus ita formatos, ut in arsi quinta discrepent inter se accentus, Valerius praebet 0,07 %. contra Vergilius 0,44 %, Ovidius 0,14 %, Silius Italicus 0,04 % Lucani libri nullum exhibent exemplum.

Rursus apparet Valerium ipsam suam ingressum esse viam, cum multo magis quam ceteri omnes epici in deliciis haberet incisionem post quintam arsim. Quam ob rem eo magis excusandum est, quod nonnullis locis accentus inter se discrepant.

Jam ut transeamus ad alteram quaestionem, Valerius magis quam cetri omnes cavit, ne vocem admitteret per quintam simul et sextam arsim pertinentem, atque ipsum Lucanum in hac re elegentia superavit. In Pharsalia

---

1) De clausula: | ∪ ∪ — ⏑̄ cf. Plew. in *annalibus Philol.* ed. Fleckeisen. anni 1886. p. 630 eqs.

enim inter duodecim illos versus spondiacos[1]) decem exstant, qui in tales voces exeunt.

Contra a Lucano Valerius eo superatur, quod ille rarius admisit eiusmodi voces in quarto simul et quinto pede. Cuius rei in Pharsalia 30 tantum exempla inveniuntur sive unum inter vv. 340.

Sed longe praeferendus est elegantia Valerius ceteris epicis. Exstant enim, ut a Vergilio incipiam, in Aeneid. libro I. exempla undecim: 53. 80. 219. 255. 339. 386. 396. 428. 586. 651. 713. sive unum inter vv. 75. in libro II. 4. 31. 45. 83. 86. 93. 138. 148. 179. 188. 192. 197. 229. 238. 324. 365. 383. 425. 427. 456. 457. 516. 521. 602. 669. 751. 776. 796. versus quisque 30 ita formatus est.

Porro in Ovidi metam. libro VIII. exempla habes 16 sive unum inter vv. 54.: 22. 99. 144. 262. 264. 269. 373. 386. 388. 425. 623. 649. 655. 736. 835. 836. eundem fere numerum praebent libri III. et X. tum vero in libro IV. habes 34 haec exempla: 11. 21. 55. 86. 101. 116. 129. 134. 140. 151. 159. 161. 179. 191. 211. 227. 249. 263. 271. 282. 294. 354. 430. 436. 446. 481. 519. 571. 648. 666. 672. 673. 826. 827. 844. ut versus quisque 24-us illam formam praebeat. Item fere res se habet in libris XII. et XV.

Jam videamus de ceteris. Statius habet in libro IV. versus 24 ita formatos sive unum inter vv. 35. eundemque fere numerum praebent libri III. et V. Multo

---

1) Omnium epicorum versus spondiacos collegit Viertelius in *ann. philol.* anni 1862. p. 801. eqs.

maior numerus exstat in libris VI. VII. VIII. IX. X. XI. quorum VII. habet exempla 51. sive unum in vv. 16. In Sili libro IV. inveniuntur versus tales 15, ut 54-us quisque versus illa ratione formatus sit. Maximum autem numerum praebet eiusdem epici liber VIII. sc. exempla 73 sive unum in vv. 12.

Nemo igitur excepto uno Lucano Valerium in illa re elegantia aequavit; nam in Argonauticis exemplum inter vv. $105^1/_2$ unum exstare iam supra vidimus.

Apparet igitur Valerium in universum Lucano elegantia esse postponendum contra Ovidio magisque Vergilio praeferendum.

Caput IV.

De usu ac ratione vocabulorum atonon.

Atona — ut verbo utar grammatices Graecae — nominantur eae voculae monosyllabae quae tam arte cum verbo sequente connectendae sunt, ut sine accentu prolatae unam quasi cum illo efficiant vocem. Qua de causa diligentissimus quisque poeta tales voces in arsi ponere itaque accentu afficere, quantum potuit, devitare studebat. Sed per totum versum epici Romani legem illam non persecuti sunt; nam cum posteriorem versuum partem, quod iam supra demonstravimus, maxime expolire solerent, ad arses inde a tertia tantum legem referebant. Jam videamus de arte Valeriana.

Coniunctiones monosyllabas quae dicuntur coordinantes: *et atque* (si imminuitur) *ac, nec, vel, sed, at, nam* in arsi tertia exhibent hi 102 versus ita quidem formati, ut simul exstent hephthemimeris et trithemimeris. Invenitur vocula *et* his 80 locis: I. 115. 119. 122. 213. 270. 514. 571. 707. 735. 749. II. 60. 122. 195. 199. 204. 209. 243. 365. 423. 461. 477. 493. 526. 549. 611. 640. III. 11. 44. 50. 73. 87. 152. 218. 228. 247. 399. 464. 508. 520. 612. IV. 39. 61. 175. 178. 180.

198. 292. 314. 453. 469. 470. 543. 597. 676. V. 102. 122. 127. 151. 275. 278. 294. 355. 438. 520. 524. 525. 537. 580. 597. 634. 660. 693. VI. 137. 212. 438. 508. 531. VII. 300. 337. 507. sexies *atque* IV. 151. 209. 410. 593. V. 135. VI. 599. quater *ac* IV. 394. V. 526. VII. 161. 299. ter vocula *nec* II. 303. V. 489. 562. sexies *aut* II. 181. III. 201. 735. IV. 726. VI. 720. VIII. 90. semel *vel* VI. 328. bis vocula *at* VI. 197. VII. 86.

Tum vero praebent illas voces in tertia arsi hi 17. versus, qui praeter penthemimerim solam exhibent hephthemimerim deficiente trithemimeri: Vocabulum *et* ita invenitur his 15 locis: I. 688. *infinditque salum et spumas vomit aere tridenti.* II. 574. *et genus Aeneadum et Troiae melioris honores.* III. 123. *conseruere manu et longe iacuere perempti.* 205 *regis amicitiam et famuli propioris honores* 710 *fida ministeria et duras obit horrida pugnas.* IV. 183.[1]) *ossaque taetra situ et capitum maestissimus ordo.* 430. *talia prodigia et tales pro crimine poenas.* V. 589. *sed ne sperne virum et comptis diffide capillis.* 637. *in nemus auriferum et sumptis decernimus armis.* VI. 491. *nescio virgo mali et falsae commissa sorori.* 732. *scilicet auxilia et tantas coniungere vires.* VII. 69. *quae prius ipse dabam, et messes, quas solus obibam.* 528. *incipit inde sequi et vacuo furit ore per auras.* VIII. 184. *eluctanda via et cursu, quem fabor eundum est.* 401. *quamquam iure deum et sacri sibi conscia pacti.* tum vero singulis locis voculae *atque* et *aut* IV. 435.[2]) *vestigatque ratem atque oculos attolit inanes.*

1) cf. adnot. pag. 39.

2) cf. quae diximus de hoc versu p. 17.

VI. 286. *Argolicamque manum, aut caris occumbite natis.*

Jam veniamus ad eos versus, qui tales voces in arsi tertia praebent deficiente hephthemimeri. Voculam *et* ita exhibent hi 3 tantum: II. 215. *in thalamos agit et cunctantibus invenit enses.* III. 181. *desere nunc nemus et Nympharum durus amores.* IV. 93. *multifidum iubar et bisseno sidere textam.* Vocabulum *atque* illa ratione positum est his 7 locis: I. 106. *silvarumque deae atque elatis cornibus Amnes.* III. 340. *dat pictas auro atque ardentes murice vestes.* IV. 255. *ignotis prius atque incensa mente feruntur.* 295. *territus ipse etiam atque ingentis conscius ausi.* 497. *tum sola conluvie atque inlisis stramina menses.* VI. 385. *procubuit tamen atque ingentem propulit urbem.* VIII. 161. *errantesque genae adque alieno gaudia vultu.*

Illos autem versus vocabulum *atque* ita praebentes poeta consulto illa ratione formasse videtur pingendae gravitatis causa, quod idem elucet ex multis spondeis, qui illis versibus insunt. Quibus versibus omissis Valerius, ut numeros medios afferam, coniunctione coordinante in arsi tertia posita in tricenis quaternis vv. hephthemimerim addidit in singulis neglexit, tum vero trithemimerim in senis posuit in singulis omisit.

Multo rarius in arsi tertia posuit Valerius coniunctiones quae dicuntur subordinantes. Sola enim illa ratione admissa est coniunctio *ut* eaque consecutiva, finalis, temporalis, comparativa. Versus autem, qui eam exhibent, omnes ad unum praebent hephthemimerim simul et trithe-

mimerim. Invenitur his 8[1]) tantum locis: I. 21. *orsa iuves haec ut Latias vox impleat urbes* II. 568. *corde nefas clausum ut thalamis somnoque gravatum* 609. *cum genitu tulit, ut patrii rediere dolores* IV. 153. *constituit, tandem ut misero lavet arma cerebro.* 684. *hunc coniunx Jovis; ut valido qui robore tauros.* V. 487. *dat varios, suus ut magnum rex spargit ab Argis.* VI. 169. *nutat humus, quatit ut saevo cum flumine Phlegran.* VII. 45. *una ratis, spolium ut vivo de rege reportet.* — Monosyllabum *si* in arsi tertia imminuere maluisse videtur cf. V. 602. *si amnigenum* VII. 651. *si ipse.*

Eadem ratione, qua coniunctiones subordinantes, relativum in arsi tertia posuit his 4 locis: VI. 10. *rate quae* 323. *tu qui;* V. 493. *quam quem* VI. 452. *nec quae.*

Porro 30 locis in arsi tertia exstat praepositio monosyllaba. Rursus autem omnes versus ad unum hephthemimerim et trithemimerim exhibent. Versus sunt hi: I. 262. *signa tenent; stupet in ducibus magnumque sonantis.* 421. *terga Lacon, saltem in vacuos ut bracchia ventos.* 523. *coniugio videt e Graia nunc stirpe nepotes.* 585. *tempestas; hinc in terras latumque profundum.* 637. *adspectu toti in misero, cum protinus alnus.* 705. *i, menses, iam te in lucos pia turba silentum.* II. 79. *Lemnos aquis*

1) Coniecturam Baehrensi IV. 303: *bracchia sentit at ut Pollux rationis egentem* prorsus falsam esse facile apparet, cum versus sola hephthemimeri dividatur deficiente trithemimeri. Tum vero monosyllabo in arsi posito nusquam antecedit monosyllabum breve, sed plerumque longum sive vocula pyrrhichiaca. Ceterum ante *et* atque *ut* semper fere vocabulum antecedens imminuitur. cf. exempla a me laudata.

tibi per varios defleta labores. 387. *terra iuvat, vix in laevos piger angitur orbes.* 460. *terga ferens, coit e sparso concita mapali.* III. 49. *antra tenent; patet ad medias per devia noctes.* 315. *fusa comas misera in planctus vocat agmina matrum.* 367. *iusta putant; patria ex oculis acerque laborum.* 551. *prospiciens; iamque ex oculis aufertur uterque.* 553. *tela manu procul ad nitidi spiracula fontis.* 594. *cuncta petens; nunc ad ripas deiectaque saxis.* 712. *saepe metu, saepe in tenui discrimine rerum.* IV. 217. *ibit honos, fuga sub terras, fuga nulla per auras.* 242. *nota feres. tune c*[1]) *sociis electus iniquis.* 259. *nube cava tandem ad meritae spectacula pugnae.* 749. *vela fretis. illum in sanie taboque recenti.* V. 219. *ora satis; ventum ad furias infandaque natae.* 510. *crede dari, Phrixum ad patrios ea ferre penates.* 522. *unda silens, trahit ex alto sic barbarus iras.* 552. *fare omnes. ille in mediis sic orsus Achivis.* 622. *Thessalia. citus ad summi stellantia patris.* VI. 338. *tanta viris. sic in patriis bellare pruinis.* VII. 508. *adicias meque in medio terrore relinquas.* 547. *vos mihi nunc primum in glebas invertite tauri.* 550. *tuque tuum patri in Graios, da, nata draconem.* 652. *qui pepigit, velit in pacem dextramque reverti.* VIII. 333. *gurges agit; simul in vultus micat undique terror.*

In universum igitur 164 versus exstant, qui in arsi tertia praebeant vocabulum monosyllabum atonon. Sed inter omnes hos versus tres tantum inveniuntur, qui incisione post quarti pedis arsim careant. Quod non casu

---

1) Codd. praeter C praebent corruptelam *tuneo;* — Thilo mavult scribere *tune a.*

tribuendum esse facile credas. Sed multo melius haec res apparebit ex plane diversa ratione ceterorum epicorum, de qua postea disputabimus. Sin autem consulto poetam illos versus ita formasse concedas, aliud cur hoc fecerit equidem non video, nisi quod versus illos in universum tripartitos legi voluit. Quod nonnullis causis per se quidem non prorsus certis probari puto.

Jam supra diximus interpunctiones, si cum legitima eaque usitata caesura metri convenirent, ad incisionem statuendam alicuius esse momenti. Perlegenti igitur versus illos facile erit cognitu, non semel interpunctione hephthemimerim postulari, sed ubique fere trithemimerim, ad quam melius quadrare hephthemimerim quam penthemimerim quis est, qui neget? Unus sane exstat versus, qui interpunctionem praebet post tertiam arsim. Sed tantum abest, ut hoc lex illa perturbetur, ut firmetur et augeatur, cum vel clarissime eluceat, hoc loco consilio vocabulum *et* ante caesuram posuisse. Versus est hic (VII. 506.) [1]):

. . . . *nullus succurrere contra*
ingrato queat ét, siquid tibi saevius, istis
adicias eqs.

nec nos quidem dubitamus in tali versu nostrae linguae vocabulum *und* firmissimo accentu effere.

Sed ut transeam ad alteram causam, Valerio valde placuit in exitu versuum substantivum ponere et ita quidem, ut attributum exstet ante caesuram. cf.

Prima deum magnis | canimus freta pervia natis;
relligio tendensque pias | ad sidera palmas.

1) Non tam bene Thilo interpunctionem posuit ante *et*; Bachrensius versum illum coniectura confudit et perturbavit.

neque raro, si hephthemimerim statuimus, illi versus talem verborum ordinem exhibent.

Sed quascumque attulimus, causae nullius essent momenti nisi Valerius tantopere in deliciis habuisset versus tripartitos, quod ex priore huius quaestionis capite clare elucet.

Jam transeamus ad arsim quartam. Coniunctiones coordinantes habes his 62 locis: vocula *et* 36-ies: I. 94. 557. 674. 788. 796. II. 256. 259. 289. 416. III. 459. 597. 725. IV. 49. 87. 223. 256. 652. V. 12. 129. 193. 252. 672. 682. VI. 314. 451. 472. 547. VII. 231. 254. 272. 412. 432. 460. 525. VIII. 55. 250. *atque* 9-ies: I. 839. II. 117. 126. IV. 742. V. 190. 309. VI. 463. 691. VIII. 275. *ac* bis: I. 651. VII. 476 *nec* 5-ies: II. 623. III. 88. IV. 200. V. 558. VI. 174. *aut* 9-ies: III. 75. V. 164. 658. VI. 383. 471. VII. 331. VIII. 115. 229. 350. semel denique *ast* hoc loco minime certo: V. 645.

Tum vero ex coniunctionibus subordinantibus inveni duobus locis *cum* sc. V. 368 *quam cum magis asperat ignis.* VII. 623. *quam cum Tirynthius hydrae.* duobus locis *ut* III. 208. *magis ut mugitor anhelat.* IV. 705. *serum ut veniamus ad omnem;* atque his 6 locis coniunctionem *si* III. 296. *quodsi iam bella manebant.* 378. *non si mortalia membra.* IV. 472. *vel si placabilis urguet.* V. 408. *quam si radiantis adirent.* VII. 198. *nunc si tua forte venenis.* 604. *quam si telluris hiatu.*

Relativa in arsi quarta inveniuntur his 13 locis: I. 68. 101. 194. 236. II. 218. 442. III. 362. 733. IV. 251. 360. VI. 130. VII. 52. 355.

Praepositiones denique exstant his 22 locis: I. 173. *tua per suspiria gentes!* 372. *non a Jove fulmen Oileus.* II. 235. *aliae ad fastigia taedas.* III. 475. *vocat in certamina fluctus.* IV. 647. *et per iuga summa carinae.* 732. *tandem in sua litora tauro.* V. 331. *iubar ad placabile Phoebi.* 471. *quem per freta tanta petendum.* 478. *et cum Salomonide nympha.* 674. *tunc ad mea iura venitis.* 695. *seque ad sua limina flectunt.* VI. 13. *adque in sua traxerit arma.* 374. *ferit ad confine papillae.* 478. *venit ad pentralia sedis.* 577. *densa in caligine regis.* 679. *medio in sermone reliquit.* 756. *iam iam in quodcumque paratae.* VII. 179. *citus ad delubra Dianae.* 587. *dextram in quc horrentia mittit.* 638. *agit in sua proelia fratres.* VIII. 180. *trucis ad confinia ponti.* 277. *desum ad connubia frater.*

In omnibus, quos attulimus, versibus penthemimeris exstat excepto uno quidem versu VII. 52:

. . . . *quos sola rapinis*
saevaque pascit hiems et quos, credamus ut ipsis eqs.

Nam cum in universum omissa trithemeri interpunctione non cogamur hephthemimerim statuere, tamen poetam illum versum hephthemimeri dispertiri voluisse propter vocabulum *quos* graviter iteratum perducor ut putem. Rursus igitur lex illa firmatur, ne Valerius vocabulum atonon ante caesuram poneret. Quam ob rem nullo modo mihi probatur versus VII. 176:

haud satis est, sed me ipsa opus, et cunctantia poscunt.

Pro *et* cum Heinsio voculam *en* scribere malo.

Cum res ita se habeat, fortasse quispiam quaerat, cur Valerius ante caesuram non posuerit vocabulum

atonon. — Constat arsim ante caesuram exstantem ceteris accentu esse firmiorem et graviorem aut si mavis, ceterarum arsium accentus, ut quaeque proxima sit a caesura, plus minusve debilitari, ut quasi evanescant: *térga Lacón | saltem ín | vacuós* ||

Unde fit, ut Valerius non fere nisi ea, quam modo explicavimus, ratione voculas atonas in arsi tertia et quarta posuerit.

De arsi quinta et sexta iam plura dicere supersedeo; nam exempla omnia inveniuntur in capite antecedente. Quo autem numerum melius perspicias, vide hanc

tabulam:

genera vocularum aton.	arses III	IV	V	VI	Summae
coniunct. coord.	129	63	38	13	243
„ subord. . . .	8	10	10	3	31
relativa	4	13	1	—	18
praepositiones	30	22	1	1	54
Summae:	171	108	50	17	346
semel in vv.	$32^4/_5$	52	112	329	$16^1/_6$

In singulos libros inquirere non est operae pretium. — Hoc tantum omittendum non est, rarissime omnium librorum octavum habere in arsi tertia et quarta istas voculas et porro inter tres illos versus, qui in arsi tertia praebeant coniunctionem coordinantem, duos esse, qui deficiente trithemimeri solam exhibeant hephthemimerim. Quales versus, ut in priore capite exposuimus, penthe-

mimeri dividendi sunt, nisi singularis causa, cur poeta trithemimerim neglexerit, cognoscitur.

Exitus igitur quaestionis huius est hic: Monosyllaba atona in arsibus ponere nullo modo veritus est Valerius, sed omnem operam dedit, ne subsequeretur caesura principalis.

Sed iam videamus de ceteris epicis. Vergilius, quem constat saepissime [1]) in arsibus admisisse voces atonas, nullo modo illa lege se adstrinxit. Quod satis apparet ex his versibus: Georg. II. 69. *inseritur vero et nucis arbutus horrida fetu.* 149. *hic ver adsiduum atque alienis mensibus aestas.* 180. *tenuis ubi argilla et dumosis calculis arvis.* 196. *aut ovium fetum aut urentis culta capella.* 323. *et facilem et pecori et paticntem vomeris unci.* 324. *vere tument terrae et genitalia semina poscunt.* 348. *aut lapidem bibulum aut squalentis infode conchas.* 351.[2]) *qui saxo super atque ingentis pondere testae.* 506. *ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro.* 517. *aut fetu pecorum aut Cerealis mergite cumi.* — neque minus exempla exstant in Aeneide. In libri I: 323. *succinctam pharetra et maculosae tegmine lyncis.* 414. *molirive moram aut veniendi poscere causas.* 438. *Aeneas ait et fastigia suspicit urbis,* 542. *si genus humanum et mortalia temnitis arma.*

---

1) cf. L. Muelleri *de r. m.* p. 235.

2) cf. quae diximus de talibus vv. Valeri pag. 66.

662. *urit atrox Juno et sub noctem cura recusat.* Porro in Aen. VII. 119. *eripuit pater ac stupefactus numine pressit.* 162. *ante urbem pueri et primaevo flore inventus.* 423. *rex tibi coniugium et quaesitas sanguine dotes.* 449. *lumina cunctantem et quaerentem dicere plura.* 515. *contremuit nemus et silvae insonuere profundae.* 751. *fronde super galeam et felici comptus oliva.* 764. *litora pinguis ubi et placabilis ora Dianae.* 804. *agmen agens equitum et florentis aere caterva.*

Neque praepositiones quidem in arsi tertia ponere veritus est non exstante post quartam arsim incisione metri: Aen. V. 192. *nunc animos quibus in Gaetulis Syrtibus usi.* VIII. 212. *quaerenti nulla ad speluncam signa ferebant.* Georg. II. 402. *atque in se sua per vestigia volvitur annus.* deficiente trithemimeri his 5 locis: Aen. VII. 132. XII. 910. Georg. IV. 157. 274. 351. Tum vero affero hunc versum, qui in arsibus et tertia et quarta monosyllabum atonon exhibet, qualis nusquam invenitur apud Valerium: Aen. XII. 372. *Obiecit sese ad currum et spumantia fretis.*

In arsi quarta non melius res se habet. Sed ut de praepositionibus tantum afferam exempla, habes Aen. II. 353. *incensae: moriamur et in media arma ruamus.* XII. 739. *suffecit, postquam arma dei ad Volcania ventum est.*

Jam transeamus ad Ovidium. Qui in metamorphosesin inter vv. 36, qui coniunctionem coordinantem in arsi tertia praebent, undecies hephthemimerim omisit. cf. V. 134. *singultantem animam et versantem lumina vidit.* XIII. 122. *inde iubete peti et referentem ornate*

relatis. 277. *nonus in officis et praelatus munere sortis.* XIV. 227. *lucibus isse novem et terram aspexisse petitam.* XV. 763. *pontifici letum et coniurata arma moveri.* XII. 161. *inque vices adita atque exhausta pericula saepe.* IV. 302. *nympha colit, sed nec venatibus apta nec arcus* etc.

Tum vero inter 10 versus, qui praepositionem in arsi tertia exhibent, duo inveniuntur, qui metri necessitate penthemimeri dispertiendi sunt. I. 720. *Arge iaces quodque in tot lumina lumen habebas.* XII. 615. *Jam cinis est et de tam magno vestat Achille.* — neque minus in arsi quarta posuit praepositionem deficiente penthemimeri: met. II. 774. *ingemuit vultumque deae ad fastidia duxit.* IX. 500. *sunt superis sua iura. quid ad caelestia ritus.* Heroid. VII. 25. *ille quidem male gratus et ad mea munera surdus.* — Sed fortasse in duobus versibus postremo allatis caesura post tertium trochaeum, quae apud Ovidium saepius invenitur, statuenda est, cum eodem loco etiam incisio logica sit. Minime autem nos praepositionibus, quae sint in arsi quarta, ad versus ita dividendos cogi, ex ceteris exemplis, quae attulimus, elucet.

Apparet igitur, Ovidianam quoque artem a lege Valeriana alienam fuisse. Immo vero Ovidius ea lege se adstrinxisse videtur, ut praepositionibus fortasse exceptis monosyllaba atona in arsibus tertia et quarta non nisi sequente caesura posuerit. Quod idem fecit Lucanus [1]). Eius autem et ceterorum posterioris aevi epicorum, qui

---

1) cf. Trampius l. l. p. 56 et 46.

non magis illam legem observaverunt, exempla afferre supersedeo.

Denique ut quae diximus paucis colligamus, frequentia et numero versuum, qui voces atonas in arsibus exhibeant, Valerius simillimus est Vergili, quem tale quidquam saepissime sibi concessisse satis constat. Ex illis autem, quae supra allata sunt, exemplis satis apparet nullum poetam lege illa elegantissima tam severe se adstrinxisse quam Valerium. Immo vero equidem contendo Vergilium et Ovidium rationem illam plane neglexisse. Quod autem in usu praepositionum quadam ex parte cautiores fuerunt, minime ad illam, de qua supra diximus, causam referendum est, sed eo fecisse videntur, quod praepositiones caesura metri a substantivis divelli noluerunt.

Appendix.

Priusquam primae quaestionis nostrae parti finem imponamus commentationis Petersi, cum ad rem a nobis tractatam valde pertineat, mentionem facere debemus. Qui vir doctus in dissertatione [1]), quae est *de Valerii Flacci vita et carmine*, quam accuratissime statuit, quot sint quove loco pedes sive dactylici sive spondiaci. Omnes autem tabulas eius describere supervacaneum est. Sed

1) Regimonti 1890.

quaestione illa quid invenerit Petersius paucis afferendum puto.

De comparatione dicit haec: „Praeter nimis fere frequentem usum formae dsds [1]), quem antea apud Lucanum invenimus, Ovidii et Valerii tabulae ferme congruunt. Idem efficitur, si comparamus utriusque per singulos pedes dactyli vel spondei usum.“ Habent enim [cf. tab. eius p. 30] in primo pede:

spondeum	Valer.	in	vv.	924	= 16,5 %
„	Ovid.	„	„	94	= 16,8 %
dactylum	Val.	„	„	4660	= 83,5 %
„	Ovid.	„	„	466	= 83,2 %

in altero pede habent:

spondeum	Val.	in	vv.	3079	= 55,2 %
„	Ovid.	„	„	294	= 52,5 %
dactylicum	Val.	„	„	2505	= 44,8 %
„	Ovid.	„	„	266	= 47,5 %

„In tertio vero et quarto pede mutatur ratio, quae intercedit inter Ovidium et Valerium, quod facile intellegitur ex immenso usu formae dsds apud Valerium.“

Atque habent [cf. tab. eius p. 30] in tertio pede:

spondeum	Val.	in	vv.	2700	= 48,3 %
„	Ovid.	„	„	329	= 58,8 %

---

1) Forma dsds exstat apud Valerium 20,5 %
„ „ „ „ Lucanum 17,5 %
„ „ „ „ Ovidium 11,25 %
„ „ „ „ Vergilium 10,3 %
Rursus vides a ceterorum plane diversam rationem Valeri.

dactylicum Val. in vv. 2884 = 51,7 %
„ Ovid. „ „ 231 = 41,2 %

in quarto denique pede habent:

spondeum Val. in vv. 3628 = 65,0 %
„ Ovid. „ „ 295 = 52,7 %
dactylicum Val. „ „ 1956 = 35,0 %
„ Ovid. „ „ 256 = 47,3 %

„Sed discrepantia illa, quae exstat in tertio et quarto pede admodum iam excusata, non impediit, quominus, si summam spondeorum vel dactylorum in singulis pedibus adhibitorum computemus, denuo numeri apud Valerium Ovidiumque fere congruant.“

Exstant enim [cf. tab. eius p. 31] in 2. 3. 4. pede:

	spondei:		dactyli:	
apud. Val.	9407	= 56,2 %	— 7345	= 43,8 %
„ Ovid.	918	= 54,5 %	— 762	= 45,5 %

in omnibus quattuor pedibus:

	spondei:		dactyli:	
apud. Val.	10331	= 46,2 %	— 12005	= 53,8 %
„ Ovid.	1012	= 45,2 %	— 1228	= 54,8 %

De singulis denique libris statuit Petersius cum ex lege Hultgreniana poeta, quo quisque elegantior esset, eo magis vitaret usum spondei in primo pede, libros I et VIII minime elaboratos esse [1]). Illius autem libri magnam spondei frequentationem excusandam esse putat, quod Va-

1) Spondeus in primo pede exstat in libro I. 19,3 %; II. 16 %; III. 16 %; IV. 15 %; V. 14,3 %; VI. 15,7 %; VII. 17,7 %; VIII. 18 %; in universum 16,5 %.

lerius tiro fuisset in arte metrica vel quod maiore celeritate ad recitationem librum illum elaborasset; libri VIII autem tabulam praeterea alias quoque discrepantias ostendere a reliquis tabulis, velut rarum formae dddd. usum [1]).

1) Forma dddd. exstat in l. I. 3,8 %; II. 3,6 %; III. 4,0 %; IV. 4,9 %; V. 4,3 %; VI. 3,5 %; VII. 3 %; VIII. 1,7 %.

PARS ALTERA.

De rebus prosodiacis.

Caput I.

De mutata quantitate vocalium, quae sunt in mediis vocabulis.

Quantitatem vocalibus propriam mutare Valerius minime veritus est.

Ad normas coniugationis III. retulit antiquos secutus haec verba, quae plerumque coniugationem II. sequebantur: *fervĕre*[1]) I. 121. VI. 588. VII. 150. *fulgĕre*[2]) VIII. 284.

Coniugationis III. perfecti III. personae pluralis vocalis ē corripitur duobus his locis: II. 360. *stetĕrunt*[3])

---

1) cf. Vergili: Georg. I. 456. Aen. IV. 409. VIII. 677. IX. 690. *fervĕre.*

2) cf. Verg. Aen. VI. 826. *fulgĕre.* VIII. 677. *effulgĕre.*

3) Certum hoc exemplum non est, cum *steterunt* non codicum scriptura, sed Pii, quamvis probabili, coniectura nitatur.

IV. 457. *polluĕrunt*, nisi forte malis synizesi legere *polluērunt*.

Porro duobus locis Valerius admisit correpta vocali *i* IV. coniugationis formam: *potĭtur* I. 520. VI. 469.

Consona *v* excussa vocalis *i* corripitur his locis: I. 734. *clĕre* VI. *cōnclĕrīt* 205. et 710. *nūtrĭĕrāt* II. 50. *ĕrŭdĭīt* VIII. 150. *hūnc pĕtĭī* 259. *īmpĕdĭīt*.

Non certa lege Valerius se adstrinxit in dimetiendis verbi *cicndi* participii formis compositis. Scripsit enim correpta vocali ĭ: *conclĭtus* I. 3. 291. 577. III. 556. IV. 672. VI. 8. 705. producta illa vocali: *concītus*: II. 460. V. 576. Semper producta ī utitur participio: *excītus* I. 732. 791. III. 77. ubique correpta: *inclĭtus* I. 728. III. 690. V. 563. VI. 302.

Semper porro vocalis *i* corripitur in genitivis, qui sunt: *illĭus*: f. I. 23. 49. II. 625. III. 607. IV. 333. V. 226. 585. VI. 117. 451. 649. VII. 128. VIII. 188. *unĭus* II. 353. VI. 719. *ipsĭus* IV. 185. VI. 717. VII. 551. VIII. 60. 151. 190. Sed omnia exempla afferre supersedeo.

Longa vocalis *e* correpta invenitur in voce Graeca his locis: IV. 96. ĕōī VII. 22. ĕōō (cf. V. 76. ēōō).

Jam paucis agamus de contractione vocalium inter se concurrentium atque synaloepha vel synizesi, quae magis ad hunc locum quam ad res metricas pertinent mea sententia.

Contractas in unam vocalem longam habes vocales his locis: II. 314. *dērat* V. 542. *dērit* VII. 68. *dērunt* III. 69. *comprēnsa* VII. 246. *prēndere* VIII. 97. *nutrībam* III. 394. 641. VII. 248. *nīl* V. 205. *adī*. — tum vero

hoc loco afferenda est illa forma (I. 31.) *anteire* quae plerumque scribitur [1]) *antire.*

In diphthongum vocales contrahuntur his locis: III. 384. IV. 273. V. 213. VII. 20. 472. 516. 537. 588. VIII. 109. 270. *deinde* vel *dein.* VII. 596. *dehinc.* tum vero in exitu versus IV. 425. 127. *Phinei* V. 154. *Promethei* VI. 71. *aureis* I. 162. II. 141. 181. *huic* I. 231. II. 191. 551. III. 346. V. 47. 286. 585. VII. 235. *cui* V. 63. VI. 524. I. 468. *Orithyiae.*

Quater denique Valerius synizesim admisit et ita quidem ut vocalem *i* et *u* in consonam mutaret: V. 134. *semianimem* VI. 368. *arietat* VII. 405. *abietibus* VI. 225. *tenuia.*

Tum vero, ut id quoque commemorem, scripsit Valerius eiecta media vocali: I. 600. II. 543. VII. 602. *vinclis* II. 253. V. 229. VI. 678. VIII. 403. *periclum* VI. 103. *saeclis* III. 209. *Vesvius.* Contra semel interposita vocali admisit II. 443. *navita.*

Omnes igitur, quibus Vergilius [2]) usus est, licentias Valerium quoque sibi permisisse, intellegitur, sed ea re Ovidium secutus est, quod rarissime tantum eas usurpavit.

---

1) cf. Georgis vel. Klotzii Lexicon sub illa voce

2) Exempla Vergili et Ovidi inveniuntur in Corssenii l. II. Porro autem cf. Neue: *Lateinische Formenlehre.* Berolinae 1875. vol. II.

Una autem ratione Valerius ab illis recedit scilicet ea, qua usus est in vocabulis *illius*, *unius*, *ipsius*. Vergilius enim et Ovidius plerumque producta paenultima eis usi sunt. Correpta paenultima ea habes apud illum: Ecl. I. 7. Georg. I. 39. Aen. I. 16. VI. 670. VIII. 198. apud hunc: Amor. I. 434. III. 7. 41. III. 13. 39. Ars am. III. 678. rem. am. 418. Ibis 59. 619. (615.). Apud Lucanum illae voces ubique exstant producta paenultima. Valerius igitur solus ita stat, ut semper correptionem in illis vocibus usurpaverit.

Caput II.

De mutata quantitate syllabarum finalium.

Primum ut videamus de syllabis finalibus in vocalem desinentibus, bis producta finali invenitur vocula *ubi*, in arsi tertia: IV. 303. V. 203. nec saepius *ibi*, quod semel ita exstat in arsi tertia: V. 639., semel in arsi secunda: VI. 586. Saepissime porro usurpavit Valerius pro iambo voculas, quae sunt: *mihī tibī sibī*. Exstant enim 24-ies in arsi quarta: I. 87. 546. 675. II. 468. 560. III. 221. 356. 669. IV. 161. 478. 538. 610. 751. V. 292. VII. 242. 246. 438. 615. 651. VIII. 15. 96. 118. 142. 165. octies in arsi tertia: IV. 461. 463. 542. 557. VI. 731. VII. 518. VIII. 39. 419. tum vero 15-ies in arsi secunda: I. 15. III. 128. 242. 404. 318. 409. IV. 456. V. 500. VI. 288. 290. VII. 8. 38. 175. 443. 552. Omnibus igitur locis sequitur caesura sive hephthemimeris sive penthemimeris sive trithemimeris. Trithemimeri autem, quo firmiorem eam redderet, semper addidit Valerius in ilis versibus hephthemimerim. Quam ob rem meo iudicio errat Schenklius, qui in l. I. 202, loco valde dubio scripsit: *ille mihi — tantúm* || *non indignantibus . . . undis*. Sola enim trithemimeris,

cum firmissimo accentu sequentis penthemimeris plane fere evanescat, deficiente hephthemimeri ad producendam vocalem *i* minime sufficit.

Jam restat, ut inquiramus in singulos libros. De qua re quae invenerim, vel optime apparet ex tabula, quae sequitur:

Vocabula *ubi ibi mihi* etc. non imminuta inveniuntur in

libro	correpta finali *i*	producta finali *i*	prod: corr. =
I	40	5	1 : 8
II	21	2	1 : $10^1/_2$
III	22	8	1 : $2^3/_4$
IV	40	11	1 : $3^7/_{11}$
V	34	4	1 : $8^1/_2$
VI	24	4	1 : 6
VII	41	11	1 : $3^8/_{11}$
VIII	19	7	1 : $2^5/_7$
Summa	241	52	1 : $4^3/_5$

Jam transeamus ad vocabula in *o* desinentia.

Omnibus locis finali correpta usurpantur voculae *mŏdŏ* et *ĕgŏ* uno quidem loco excepto VIII. 158. *sed quid egŏ | quemquam immeritis |* eqs. L. Muellerus[1]) littera

1) cf. l. l. pag. 334.

o geminata ponendum esse *quid ego o* putat, quod ratione Valeri accuratius considerata minime opus esse videtur.

Semper productam praebent finalem adverbia haec: *ădĕō*, *ĭdĕō*, *ultrō*, *rĕtrō*, quod semel tantum exstat V. 681; tum vero quae derivantur ab adiectivis ut *subitō*, *continuō* etc. itemque usurpatur particula *verō* uno loco excepto V. 321. *quod petimus sin verŏ preces eqs.*

Modo correpta modo producta finali invenitur vocabulum *ergo*. Legitur enim *ergŏ* his 5. locis: II. 408. V. 542. VI. 41. VIII. 337. 439. contra exstat *ergō* bis in thesi prima: I. 774. VI. 14. bis in arsi quarta: IV. 585. V. 648. Eadem ratione usurpavit Valerius vocabulum *ambo*, quod correpta finali exstat VII. 653. (semel quoque invenitur *duŏ* VII. 569.). Producta finali usurpatur vox *ambō* semel in arsi tertia VI. 128. semel in arsi quarta IV. 279. Porro vocabulum [1]) *quando* septies, *siquando* ter invenitur producta finali. contra correpta finali habes illud: VII. 16. hoc: VIII. 213.

Usus substantivorum in *o* desinentium apud Valerium est hic:

Semper longa finalis est in substantivis, quae altera ratione ad metrum heroicum non apta sint: *relĭgiō* I. 80. VIII. 402. *rĕgiō* I. 537. IV. 100. *lĕgiō* VI. 48. 508. VII. 537. *stătiō* III. 361. tum vero nomina propria Graeca ubique longam praebent finalem: *Argō*: I. 273.

---

1) Invenitur *quandō* in arsi tertia II. 395. in arsi quarta: I. 241. IV. 122. VI. 487. VII. 17. 241. VIII. 41. *siquandō* exstat in arsi tertia: VII. 205. in thesi quarta: I. 836. VII. 567.

441. VIII. 194. *Jŏ* VII. 111; non nisi correpta *o* inveniuntur *turbŏ* I. 621. IV. 262. *praedŏ* VII. 50.

Modo correpta modo producta est vocalis ŏ in substantivis, quae sunt: *virgo, leo, Juno.* Correptam finalem habes his locis: I. 795. II. 456. 468. III. 16. IV. 14. V. 123. 240. 258. 282. VI. 491. 606. 671. 682. VII. 2. 104. 415. 419. 499. 529. VIII. 45. 426. 438. *virgŏ*; III. 588. 636. VI. 613. *lĕŏ*; I. 215. II. 3. III. 487. 534. 665. IV. 7. 55. 354. 359. V. 401. VI. 450. 680. VII. 154. 190. *Junŏ*. — Contra producta invenitur illorum vocabulorum vocalis *o* non nisi in arsibus sc. in secunda: *virgō* III. 506. *Junō* IV. 286. in tertia: *virgō* IV. 407. VII. 200. *Junō* III. 509. V. 363. in quarta: *virgō* II. 127. V. 280. VI. 754. VIII. 32. *leō* I. 757. VI. 347. *Junō* IV. 416. V. 183.

Jam paucis agamus de usu verborum, quae in *o* cadunt. Non posuit Valerius nisi producta finali rursus metro dactylico coactus vocabula haec: *ādspĭcĭō* I. 49. 211. 224. *prospĭcĭō* I. 330. *acclpĭĭō* VIII. 271. *vĭdĕō* I. 342. *vĕnĭō* VII. 224. *iŭbĕō* VIII. 71. *quăfĭō* VIII. 278. *cĕlĕbrō* VIII. 279. Eadem de causa semper correpta finali usurpatur *nēscĭŏ* VII. 60. 333. VIII. 441.

Cetera verba modo productam praebent vocalem finalem modo correptam. Brevem vocalem habes his locis: *pĕtŏ* IV. 251. *scĭŏ* I. 196. V. 259. tum vero *crēdŏ* V. 379. VII. 445. *ōrŏ* VII. 477. VIII. 103. *līnquŏ* VIII. 46. *spērŏ* VIII. 108. *incūsŏ* VIII. 158. *quāesŏ* VII. 478. VIII. 280. — Contra productam habes vocalem *o* plerumque in arsibus sc. in secunda: *fĕrō* VI. 549. *ōrō* VII. 96.; in tertia: *vĕtō* IV. 12. *pĕtō* V. 508. *fĕrō* VIII. 278; in

quarta: *crēdō* IV. 653. *cĕrnō* VII. 349. *iurō* VII. 500; tum vero bis in thesi quarta: *quāerō* VII. 270. *quāssō* VIII. 276. ac denique semel in thesi prima: IV. 173. *ōrō*.

Eadem ratione usurpatur forma futuri indicativi in *o* exeuntis. Correptam habes vocalem *o* his locis: *spectābŏ* VII. 479. *servābŏ* VIII. 77; productam habes in arsi secunda: *ădĕrō* I. 181. *dăbō* I. 89. in arsi quarta: *aderō* II. 134. *dabō* VII. 208.

Jam ut nonnulla dicamus de vocabulis in *a* cadentibus, semel correpta finali invenitur vocula *eĭă* VIII. 110. Porro nescio an correptam indicaverit Valerius finalem syllabam in nominibus numeralibus, quae sunt *quinquaginta* etc. Illud enim bis sequente brevi imminuit idque in thesi pedis secundi.

Semel denique correpta vocali finali *e* invenitur imperativus coniugationis II: *vidĕ* V. 561.

Quibus expositis videamus de syllabis finalibus, quae in consonam exeunt.

Produxit Valerius syllabam brevem his 10 locis:

V. 164. *impulerít imas manus aut Neptunia terras.* V. 588.[1]) *iactat equés, unctis sic est coma culta maniplis.* VI. 152. *omnibus in superos saevús, honor, omnibus artes.* 571. *nutrimenta patri; brevibús ereptus in armis.* VIII. 52. *Quis novus inceptos timor impediít hymenaeos.*

Tum vero excusanda est, cum sine dubio caesurae vi effecta sit, productio his locis: II. 225. *arma metús; adeo ingentes inimica videri.* III. 234. *porrigat et iussa*

1) L. Muellerus pro *unctis* legi vult *cunctis*, quod in verba scriptoris receperunt Schenklius et Thilo.

sanguís exuberet ulna. VI. 205. *teque per hanc genitór, inquit, tibi si manet oro.* II. 322. *portum demus aít, . . . haec credite puppis.* VII. 633. *Infectam dederát ususque armarat in illos.* — Quae postremis duobus locis attuli exempla nihil valere apparet, cum in priore post vocem *ait* in omnibus libris vocabulum insequens desit, posterius in versu sit positum, qui a manuscriptis melioribus omissus in Carrionis tantum codice traditus est [1]).

Correpta denique exstat, ut id quoque afferam, semel forma *viděn* III. 499.

Ut ea, quae in hoc capite investigavimus, paucis comprehendamus, apparet, Valerium correptionem valde in deliciis habuisse, sed productione nusquam fere usum esse nisi in arsi, idque plerumque sequente caesura legitima.

Hoc loco nihil nisi id adnotandum est, Valerium eo, quod vocalem *o* plerumque pro correpta usurpavit, ab Ovidio (cf. Corsseni l. l. vol. II. p. 479. eqs.) pendere. Ceterae enim res, de quibus priore huius capitis parte locuti sumus, partim a Vergilio et Ovidio ceterisque poetis pariter fere usurpatae sunt, partim propter paucitatem exemplorum nimis incertae videntur, quam ut ad Valeri normam cum ceterorum legibus comparandam ullius esse momenti possint.

---

1) cf. de his vv. Thilo.

Caput III.

De positione.

Cum Valerius in finibus verborum, quantum vidi, nullo loco positionis leges neglexerit, hoc capite restat ut exponatur, quomodo usus sit poeta lege positionis quae dicitur debilis, qua in mediis vocibus vocalis sequente muta cum liquida pro ancipiti usurpatur. Quae licentia aliis temporibus aliter tractata est. Priores enim poetae Romanorum, Plautus aliique vocalem sequente muta cum liquida brevem esse maluerunt[1]), cum posteriores ut Lucretius et Catullus plus minusve vocales tali modo positas produxerint, hic autem non sine ulla dubitatione, cum nusquam nisi in arsi mutis cum liquidis positionem effici voluerit[2]). Qua lege non iam se adstrinxerunt Vergilius atque Ovidius, qui non solum in arsi sed etiam in thesi sequente muta cum liquida pro-

---

1) cf. W. Corsseni l. l. vol. II. p. 616.

2) cf. Conradi: *Ueber die Entwickelung des Positionsgesetzes in der römischen Poesie und die wiedergewonnene Geltung der Endconsonanten im Hochlatein.* Gymnasial-Programm, Coblenz 1868, pag. 11.

ductionem admiserunt [1]). Cum de usu epicorum, qui primo post Augustum saeculo scripserunt, quaestio accurata non instituta esse videatur, equidem leges Valerianas ad positionem debilem pertinentes paulo diligentius enucleare conatus sum, quod minime supervacaneum videtur esse, cum de illa re haud plane clara et distincta recte iudicare non possimus, nisi in singulorum scriptorum usum quam accuratissime inquisiverimus [2])

Quo autem melius, quae investigavi, perspicerentur, tabulam componere mihi visum est, cuius prima particula singulae mutae cum singulis liquidis, quas coniunctas inveni, afferuntur; altera, quoties singulae illae consonarum coniunctiones inveniantur, tertia, quoties positio omittatur, quarta, quoties efficiatur, ostenditur; quinta denique numeri afferuntur, qui dicuntur medii. Porro autem, ut id quoque magis sit perspicuum, in sexta et septima tabulae parte exponam, quoties in thesi et quoties in arsi productio vocalis admissa sit, cuius rei numeri medii inveniuntur in ultima parte.

In exemplis laudandis, ne longus fiam, nulla afferam nisi ea, quae propter paucitatem inusitata videntur esse.

Muta cum liquido **tr** apud Valerium 130-ies positionem non efficit, quocontra vocalis antecedens in arsi producitur 41-ies, in thesi 6-ies scilicet his locis: I. 679. V. 275. VI. 404. *ūtrimque*. VIII. 64. *ūtrum*. I. 761 VII. 550. *pātr*. . .

---

1) cf. ibidem.

2) cf. Corsseni l. l. p. 616.

Tabula.

mutae et liquidae, quae coniunctae inveniuntur	quoties inveniantur in mediis verbis	quoties ita, ut omittatur positio	quoties ita, ut fiat positio	vocalis pro- ⏑ corducta ⏑ repta	quoties inveniatur positio in thesi	quoties in arsi	positio in thesi : arsi
tr	177	130	47	1 : $2^4/_5$	6	41	1 : 7
cr	109	56	53	1 : 1	18	35	1 : 2
br	68	13	55	$4^1/_4$: 1	8	47	1 : 8
gr	43	6	37	6 : 1	10	27	1 : $2^2/_3$
pr	23	11	12	1 : 1	7	5	$1^2/_5$: 1
dr	17	1	16	16 : 1	2	14	1 : 7
cl	15	2	13	$6^1/_2$: 1	4	9	1 : $2^1/_4$
pl	7	3	4	$1^1/_3$: 1	—	4	semper in arsi
thr	4	—	4	semper producta	—	4	„
fr	3	2	1	1 : 2	—	1	„
Summae	466	224	242	$1^1/_{12}$: 1	55	187	1 : $3^2/_5$

Vocalis praecedens **cr** brevis est 56-ies, longa in arsi 35-ies, in thesi his 18 locis: I. 632. 659. II. 25. 347. 440. III. 428. V. 192. 238. VI. 10. 64. 294. VII. 48. 180. VIII. 25. 401. *sācr.* . . . II. 438. *sēcreta.* III. 161. *ācres.* V. 151. *Mācrones.*

Ante consonas **br** correpta est vocalis his 13 locis: I. 115. II. 197. III. 148. 186. 400. IV. 662. VII. 73. *tenĕbr*[1]) . . . I. 683. III. 582. 729. *Calăbr.* . . I. 423. VIII. 279. *celĕbr.* . . . VI. 175. *colŭbris.* — plerumque positio efficitur, scilicet in arsi 47-ies, in thesi 8-ies: II. 342. III. 142. VI. 518. VII. 617. VIII. 57. 306. 419. *vībr.* . . . V. 77. *rūbrique.*

Jam veniamus ad consonas **gr.** Brevis est vocalis his 6 tantum locis: IV. 392. V. 421. VI. 336. 443. VII. 68. 609. *ăgris*[2]) — positio efficitur in arsi 27-ies, in thesi his 10 locis: I. 13. 810. II. 106. IV. 260. 697. VI. 716. *nīgr.* . . . I. 564. V. 692. Phlēgr. . . IV. 348. *Oeāgri.* V. 35. *flāgrantia.*

Vocalis quae praecedit consonis **pr** 11-ies corripitur: I. 781. III. 349. V. 32. VI. 644. VII. 201. VIII. 10. 172. *sŭprem* . . . . VIII. 152. *sŭpra.* I. 774. *cŭpressi.* 845. *ăprica.* III. 476. *prŏprio.* — producitur vocalis in

---

1) Longa est vocalis *e* in voce *tenēbr.* . . . non nisi in arsi pedis sexti cf. II. 40. 550. IV. 482. 517. V. 330. VII. 403. 566. VIII. 57. 120. Item res se habet in voce *pharētr.* . . . cf. I. 708. II. 511. 569. III. 607. V. 426. 559. 583. 609. quocontra *pharĕtr.* . . invenitur: I. 634. 661. II. 492. III. 161. et al. locis.

2) Longa est vocalis in syllaba *āgr* non nisi in arsi sc. his locis: I. 665. 684. II. 476. 635. III. 218. 222. 578. VI. 405. 426. VII. 544. 558.

arsi 5-ies: III. 251. VI. 629. *sûprem* . . . . III. 361. *âprici.* VI. 638. *Aprem.* VIII. 331. *recîproca.* — in thesi 7-ies: I. 635. 786. II. 471. IV. 751. V. 25. VII. 375. *sūprem.* . . . III. 137. *sūpra.*

Consonis **dr**, excepto quidem III. 552. *quădrupes*, semper positio efficitur, sc. in arsi his 14 locis: III. 228. IV. 413. VI. 397. 437. VII. 76. 623. VIII, 343 *hŷdr.* . . I. 470. IV. 467. V. 99. 439. *Odrysi* . . . I. 663. *quădrifida.* II. 136. *Cŏdri.* III. 192. *Cŷdrum.* — in thesi 2 locis: V. 591. *Odrussa.* VI. 639. *Thȳdrum.*

Ante consonas **cl** vocalis bis corripitur: III. 60. *rĕclusis* VIII. 173. *rĕclamant* — in arsi producitur 9-ies: I. 426. IV. 312. VI. 219. *Amŷcl* . . . I. 136. IV. 287. VII. 648. *Cŷclops* I. 388. *Perîclymenos* II. 149. *Dorŷcli* IV. 535. *rĕclinem* — in thesi 4 locis: I. 370. 473. *Jphīcl* . . . IV. 104. *Cȳclopes* 231. *rēclusaque.*

Vocalis litteras **pl** antecedens ter brevis est: III. 62. VI. 63. *trĭplici* III. 207. *dŭplicat*; quater producitur, idque in arsi: I. 185. II. 93. VI. 551. *pōplite* V. 588. *manîplis.*

Consonis **thr** omnibus locis positio efficitur. Quattuor, quae inveni, exempla exstant ad unum omnia in arsi: I. 24. VI. 392. *Othrys* II. 86. 192. *barāthri.*

Ante **fr** consonas bis vocalis pro brevi usurpatur: I. 595. VIII. 322. *rĕfringit*, contra semel in arsi producitur II. 506. *Africus.*

Consonas **b** et **l** nusquam coniunctas inveni nisi in verbis compositis [1]) ita, ut ex lege positionis semper po-

1) cf. III. 614. V. 235. 539. VII. 328. *ōb — lat.* . . . . V. 579. *sūb — ligat.* . . . .

sitionem efficiant, quam ne Plautus [2]) quidem neglexit, quem aliis locis numquam sequente muta cum liquida vocalem produxisse commemoratum iam est. Quam ob rem tale quidquam in tabulam non recepimus, eademque de causa omisi consonas **dl, br, dr** in verbis compositis coeuntes.

Ante **cn** semel neglexit positionem Valerius in Graeco quidem vocabulo *Prŏcnesos* III. 34.

Haec igitur de usu positionis debilis Valeriano ex iis, quae diximus, colligenda sunt: I. Valerius minime veritus est, vocales sequente muta cum liquida producere; quin etiam productio paulo saepius invenitur quam correptio II. Quod ad singulas attinet consonas coniunctas vocalem praecedentem producere maluit in: **thr, dr, cl, gr, br;** aequos fere productionis et correptionis fines sibi proposuit in: **pl, cr, pr;** corripere maluit in consonis: **tr. fr.** III. Productionem in arsi poeta multo saepius admisit quam in thesi.

Quem in his rebus secutus sit Valerius doleo, quod inquirere non possum, cum ceterorum epicorum leges, quantum vidi, non satis accurate circumscriptae sint.

2) cf. Corssen. l. l. vol. II. 616.

Haec sunt, quae investigando repperi de rebus metricis atque prosodiacis Valeri Flacci. Ex quaestione mea apparet, Valerium ut ad Ovidianam elegantiam se

applicaret enixe operam dedisse. Nihilominus, qui versus Ovidianos et Valerianos diligenter perlectos inter se comparaverit, alios esse illos alios hos negare non poterit. Quod explicandum esse mihi videtur his sex proprietatibus Valeri:

I. Magna frequentia versuum tripartitorum.

II. Rarissimo usu vocabulorum per duas arses pertinentium.

III. Magno numero formae, quae signatur *dsds*. — In his rebus Lucanus proxime ex epicis ab eo stat. —

IV. Summa frequentia incisionum post primum simul et secundum aut post quartum simul et quintum trochàeum.

V. Magno numero incisionum, quae sunt post quintam arsim.

VI. Magna frequentia vocabulorum monosyllaborum, quae sunt in arsibus.

In his tribus, quas postremo attuli, rationibus Valerius maxime pendet a Vergilio.

Denique a nobis repertum est, Valerium solum ex omnibus epicis ea lege se adstrinxisse, ne vocabulum monosyllabum atonon poneret in arsi sequente caesura principali.

Jam ut singulorum librorum comparationem faciamus, constat omnium elaboratissimum esse secundum, ad quem diligentia metrica maxime accedit liber sextus, quem sequuntur quintus et tertius. Multo neglegentius facti sunt primus, quartus, septimus, praecipue octavus. Habes igitur quod attinet ad diligentiam metricam hunc fere ordinem librorum: II. VI. V. III. I. IV. VII. VIII.

SENTENTIAE CONTROVERSAE

QUAS UNA CUM

COMMENTATIONE PHILOLOGICA,

QUAE INSCRIBITUR

„QUAESTIONES METRICAE ET PROSODIACAE AD VALERIUM FLACCUM PERTINENTES“

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES CAPESSENDOS

A. D. XIII. KAL. JAN. A. MDCCCXCIV HORA XI

IN PUBLICO DEFENDIT

HENRICUS KOESTERS,
RHENANUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

JULIUS WEBER, CAND. PROB.
LUDOVICUS VOSS, CAND. PHIL.
JOANNES PETRY, SEM. PHIL. REG. SOD. ORD.

MONASTERII MDCCCXCIII.
EX TYPOGRAPHIA THEISSINGIANA.

Sententiae controversae.

I.

Carminis sub Virgili nomine traditi, quod inscribitur *Culex*, vv. III—VI scribi velim:

Lusimus: haec propter culicis sunt carmina dicta
Omnis et historiae per ludum consonat ordo.
Notitiae ducam voces, licet invidus adsit.

II.

Eiusdem carminis vv. XX—XXIII corruptissimis ita mederi conatus sum, ut scriberem:

Et tu sancta parens, ad quam votura recurrit
Agrestum bona feturae sũae cura tenentis,
Aërios nemorum tractus . . . .

III.

T. Livium in l. VIII 9. 9. non *cinctu Gabino* sed *ritu Gabino* scripsisse contendo contra codd. auctoritatem.

IV.

In Properti carm. I. 12. 7. pro vocabulo: *illo* scribendum esse puto: *ullo*.

V.

In Lysiae orat. VII. 6. pro codd. lectione: „*ἄπρᾶστον*“ conicio: „*ἄσπαρτον*“.

VI.

In Eur. Hec. v. 1160 fortasse scribendum est: „*κτείνουσι*“ pro vocabulo „*κεντοῦσι*“.

Vita.

Henricus Koesters Dornbuschii, in vico prope a Süchteln, oppidulo provinciae Rhenanae, sito natus sum a. d. VII Kal. Jul. a. h. s. LXVIII patre Jacobo matre Carolina e gente Porta, quos integris adhuc viribus uti valde gaudeo. Fidem profiteor catholicam. Pater carissimus, cum ipse primis litterarum rudimentis, quibus aetas puerilis imbui solet, me instituisset, amplius educandum et erudiendum me commisit Pickertio rectori venerendissimo Lobberichiensi, cujus scholam, quam dicunt „rectoratschule“ per tres annos et dimidium frequentavi. Deinde in secundam inferioris ordinis classem receptus, per quattuor annos discipulus eram gymnasii Thomaei Kempensis, cuius directoris honoratissimi Akensi, qui nunc gymnasio Embricensi praest, propter eximiam erga me benevolentiam grata mea memoria nunquam evanescet. Verno tempore a. h. s. LXXXIX examine quod vocant maturitatis superato eiusdem a. mense Aprili numero civium almae litterarum academiae Monasteriensis adscriptus, per octies senos menses studiis philologicis operam dedi. Scholas frequentavi V. V. D. D. Langen, Stahl, Storck, Hagemann, Körting, Milchhöfer, Kaufmann, Finke, Kappes, Hosius. Langeni et Stahli benevolentia factum est, ut in seminarium regium philologicum reciperer, cuius sodalis ordinarius per bis senos menses fui.

Omnibus qui me docuerunt viris, imprimis autem, cum eximie de me sint meriti, Langeno et Stahlio gratias ago et semper habebo maximas.

Errata:

pag.	13,	lin. 10	pro	*„haec ponderosa“ dicta*	legas *haec „ponderosa dicta“*
„	14,	adn. 1	„	*pag. 43*	„ *pag. 42*
„	17,	lin. 25	„	*praecique*	„ *praecipue*
„	18,	„ 27	„	*posuit*	„ *positum est*
„	21,	„ 29	„	⏑ ⏒	„ ⏑ — ⏒
„	22,	„ 22	„	*prebentes*	„ *praebentes*
„	26,	„ 23	„	*fet*	„ *et*
„	26,	„ 26	„	*ormam*	„ *formam*

Leviora, qui legit libellum, benigne excuset!

RETURN TO the circulation desk of any
University of California Library
or to the
NORTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY
Bldg. 400, Richmond Field Station
University of California
Richmond, CA 94804-4698

ALL BOOKS MAY BE RECALLED AFTER 7 DAYS

- 2-month loans may be renewed by calling (510) 642-6753
- 1-year loans may be recharged by bringing books to NRLF
- Renewals and recharges may be made 4 days prior to due date.

DUE AS STAMPED BELOW

DEC 1 0 2001

12,000 (11/95)

YB 00591